quia illae 7 8 imaginationes caelestes inter se comparatae semper servant
eandem distantiam ac si essent fixae alicui corpori tamen et quia nostris oculis ita
apparent et propter dissimilitudinem planetarum qui vario modo distant inter se.
7um arg. si non essent orbes caelestes non esset primum mobile et sic consequenter neque primus motus
neque tempus, sed absurdum est asserere tempus ergo etc.
Rx non dari tempus eo modo quo ab Aristotele statuitur sed quadam alia ratione et tamen ...

S

et tn̄ ēē immaginariu qr̄ immaginant aliquē motū circularē cuius numerū tempus
appellant, et ita Ptolomeus asserat tempus nil aliud ēē quā motū quendā immagi —
nariū circuli aequinoxialis nocat .n. Ptolomeus pr̄ aequinoxiales tempora nam
mente concepit quendā circulū in cœlo ubi Sol facit dies aequales noctibus et hunc re —
gulariter moveri cuius motū nocant tempus, cum tn̄ hic circulus n̄ moveat
cum sit res mathematica, et res mathematica n̄ movet —
8um arg. Astrologi omnes asserunt orbē Solis ēē quindecim graduū lunae 12 Satur —
ni, Jovis et Martis .9. Veneris et Mercurij 7. graduū q̄ constituendi
sunt varij orbes coelestes —
Rx ab astronomis constitui orbē Solis 15 graduū ēē nōē tn̄ orbis intelligunt
circulū quē conficiunt n̄ autē orbem et corpus caeleste cui affigu[ntur] sit astru —
9um arg. astrologi ostendunt cometas fieri in cœlo ita ut aliqui fiant in 1o aliqui
in 2o et 3o q̄ etc —
Rx multos ēē astrologos statuisse et plures orbes coelestes, et ita argum n̄ repugnat
contra hos, qui n̄ tollunt orbes respondent cometas fieri in 1o aut 2o cœlo id ē
fieri in illo loco ubi perspecti hi immaginant ēē 1um orbem aut 2um —
Ar. argta quae in 8o cap. proposita sunt falsa sunt qr̄ Ar. in illo oī discursu
supponit dari orbes, qr̄ ab Eudoxo et Calippo id sumpserat, et forsan Ar.
eo in loco nunquā instituit probare dari orbes in cœlo qr̄ id tanquā hypothe —
sin sumit probatū ab Eudoxo et Calippo sed tn̄ voluisse ostendere conso —
nū ēē rōi si dant orbes solidi et stellae stellas moveri fixas orbibus —
Quod si quis existimet institutū Ar. fuisse velle probare dari orbes in cœlo
et existimet argta Ar. ēē firma eā tn̄ in hunc modū dissolvemus —
Ad 1um resp. ēē nullius momenti nam illa suppositio qua supponit ut Sa —
turnus descendat ad locū lunae et luna ascendat ad locū Saturni libera est
et phi debent loqui de rebus ut sunt et ut n̄ sunt stellae movent pro —
pria vi et natura n̄ casu nam si Saturnus ascenderet et luna descenderet
tunc Deus cuius imperio id fieret illis tribueret vim ad suos motus pro
ut postulat rao providentiae et hoc certissimū orbes apparet —
Ad 2um resp. apud imperitos astronomiae nullū sequi absurd. et sna Ar.
apud peritos tn̄ astronomos varia absurda sequunt quorum praecipua sunt
l. qr̄ rumperent orbes l. qr̄ darent corpora penetratio —
Ad 3um resp. diminutū ēē Ar.m qr̄ praetermisit 3um modū quo moveri possunt
stellae, nempe conversione sit autē conversio qn̄ corpus movet circa aliud
ostendendo semper eandē faciem, qd membrū divisionis praetermisit calide
Ar. qr̄ n̄ potuit illud resultare —
Rx ad 4um nullius ēē ponderis qr̄ ut corpus p se moveat n̄ eget instru —
mentis ut apparet in gravibus et levibus, in Mercurio v° seu argento vivo id
apparet qr̄ inquietū fere sunt motū et tn̄ n̄ sunt instrumta in alibus
similiter cor et arteriae movent toto vitae tempe varijs motibus et tn̄

sine ullis instrumentis

Praeterea prob. eadē sna testimonijs sacrae scripturae In primis in cantico
triū puerorū, habet et aquae quae sup celos sunt etc.
R. noie celi intelligi firmamentū aut aerem ita ut sit sensus aquae quae
sunt sup celos id ē quae in 2a aeris regione generant. Deinde psalmo
18 sic habet celi enarrant gloriam Dei, et In praefatione missae dr
celi celorūq3 virtutes
R. noē celi intelli sanctos et si naturaliter loquamur aerem aut planetas
Praeterea in symbolo apostolorū profitemur Deū creatorē eē celi et terrae
et genesios 1 cap. sic habet in principio creavit Deus celū et terrā
R. noē terrae intelligi elementalē regionem, noē uo celi aut celū empireum
aut planetas iam in actibus apost. habet D. Paulū raptū fuisse ad 3um celū
g dant multi celi
R. cū oibus fere theologis noē celi in scriptura saepe aer intelligit
ut constat ex observatione
Ultio prob. ex illo loco sacrae scripturae ubi dr stephanū vidisse celos apertos etc
R. noē celi intelligi contemplationē trinitatis, l. celū empireū qd stephanus
vidit apertum
Est iam 2a sna quae asserit stellas et planetas n moveri per se orbis sed vagari
per celū sicuti pisces per aquā propria vi et natura et a Deo data et concessa
et ita tenet n dari orbes celestes ab arist. concessos sed illos eē fictitios et
imaginarios in qua sna fuerunt permulti gravissimi viri tam philosophi quam
mathematici et theologi oēs n medici ut constat ex libris de flatibus
Hippocratis inscripto crediderunt astra moveri per aerem, et aetate Divi
Augustini oēs fere mathematici ut ait D. Aug. 2o super genesios ad li-
teram, et ex aetate Arist. qd ex eo constat qr sane opinionē acerbe refutat
quā et secuti sunt Alpetragius Averroes 12o metho et lib. de celo
quamvis deinde consenescens mutavit snam ut testat Sanellus 12o met. Jo-
annes Pontanus 3o lib. de rebus celestibus cap. 1o Trapezuntius 2o lib. insti-
tutionū mathe astronomicarū cap. de stellis erraticis Alexander aquili-
nus in lib. 1o de orbibus, Antonius missaltus in sua planetologia cap. 3o
et ex theologis Origenes lib. 5o adversus Celsum et lib. 1o Periarchon cap. 7
Marsilius et 2o snarū et Durandus eodem loco et D. Isidorus et Lactan-
tius firmianus 3o lib. divinarū institutionū cap. 24 Eusebius Emissenus
Episcopus, et Diodorus Tarsensis Eps praeceptor D. Chrysostomi in com-
mentarijs in genesim cap. 1o asserunt n. celū fixum et immobile manere et astra
eē sicuti motores qui per celū movent. D. et chrysos. homilia 6a et 13
in genesim exponens locum illū stellas posuit in firmamento scribit absit
ut cogitemus qd Deus celo astra infixerit g etc et homilia 12 ad
populū antiochenū asserit celū eē immobile, qd probat ex psalmo
130 qui statuit celū tanquā testudinē et extendit ipsū tabernaculum.

sententiam, quod idem refert Homilia 14a et 27 in Epist. Pauli ad Ebreos
et Procopius, Gazaeus sequens S. Chrysostomi 1o cap. et 3o geneseos,
explicans haec verba In principio creavit Deus caelum et terram quae assertio aut
est dicentium caelum esse figurae sphericae, et circulari motu moveri non concordat orto—
doxae veritati. Sed contradicit philosophis Perfectissimo D. Paulo et Chrysostomo
D. et Aug. loco citato sentit hanc sententiam esse probabilem et testatur certissimis
demonstrationibus fuisse ostensam a mathematicis suorum temporum, et tandem hac nostra
aetate Doctus vir Hieronymus Muñoz Valentinus variis in locis s. in
commentariis in Plinium lib. 2 geneseos lib. aristotelis aliquid agunt contra Pto—
lemaeum in commentariis in alcabicium, et prob. his arg. —
Primum arg. Si essent plura corpora caelestia ex eo esset quod dant plures motus circu—
culares, et uni corpori simplici unus tantum motus naturalis convenit. Sed haec ratio non sufficit, 17
quia partes aliis movent motibus aliis et particulares proprio motu et tamen partes aliis non
constituunt diversa alia ergo propter diversos motus non sunt constituendi multi
orbes caelestes. —
Respondeo diversam esse rationem quia partes aliis sunt integrantes et ita non possunt constituere
diversa alia, orbes vero non sunt partes integrantes caeli sed subiectivae, et proinde
non efficiunt ~~idem~~ unum corpus. —
2m arg. Si darent plura corpora caelestia cognoscerent a nobis per aliquem
sensum, sed his non cognoscimus nisi unum corpus caeruleum ergo non dantur plura etc.
Respondeo neg. prop. quia distantia inter caelum et sensus nostros non est proportionata
quod si esset debita distantia et sensus essent approximati caelo et revera approximati
videremus varios esse caelos. —
3um arg. non est concedendum aliquod corpus quod non percipit sensu per se aut per proprium
effectum aut aliqua alia ratione ut docet Ar. 3o Phy. ubi irridet illos qui conce—
debant infinitum quia nunquam aliquo sensu sunt deprehensum sed nos non possu—
mus deprehendere neque per se propter aliquem effectum corpora varia caelestia ergo etc.
Respondeo neg. assump. nam licet non deprehendamus per sensum aut cognitionem intuitivam de—
prehendimus tamen cognitione abstractiva, ex eo nempe quod probabiliter cognoscimus pla—
netas affixos esse orbibus et moveri variis motibus deprehendimus varia corpora
caelestia. —
4m arg. Si essent statuendi caeli cum sint corpora solida ederent sonum dum
moverentur cum sint contigua sed hoc est contra Ar. cap. 8. ergo etc. —
Respondeo causam ~~ut~~ cur corpora edunt sonum non esse quia sunt solida, sed quia mo—
vendo dividunt medium et ita navis in mari quando flante ventorum non edit
sonum ex eo est quia non scindit medium, quando vero movet contra cursum aquae
scindendo medium edit sonum et ita corpora caelestia cum dum moveantur non
scindant medium proinde non edunt sonum. —
5m arg. Si caeli et planetae essent corpora solida viderent a nobis antillare
quia aer mittit per medium solidum et lucidum sed hoc est ex prima infringunt ergo etc.

Resp.

R. stellas non scintillare quia cernuntur per medium solidum sed videntur ex eo nobis scintillare quia nostri sensus languidi sunt et imbecilles et propter maximam distantiam iudicant stellas scintillare.

6um arg. Luna v.g. aliquando magis distat a sole secundum latitudinem aliquando minus ergo movetur per se et non ratione orbis et ex consequenti non dantur orbes caelestes.

R. non inde sequi non esse orbes quia luna v.g. movetur ad motum primi orbis et deinde proprio motu unde cum singulis diebus ratione proprii motus retardet sic ut aliquando magis accedat ad solem aliquando vero minus idque ratione planetae non autem totius mobilis, quia hae motus caelestes semper ex aequo distant.

Ultim. arg. Mathematici demonstrant lunam v.g. aliquando propinquiorem esse terrae aliquando remotiorem, sed hoc non fieret nisi luna vagaretur aut per aerem aut per caelum ergo etc.

R. si luna v.g. moveretur volutatione quod non est dicendum aliquando secundum esse planetae magis accederet ad terram aliquando vero magis recederet non autem ratione totius mobilis sed planetae ut diximus aut alterius partis, si vero moveatur conversione qua movetur nolo prestiti negamus lunam aliquando magis accedere ad terram aliquando vero magis distare, sed videtur nobis aliquando magis accedere quia sit secundum planetam magis in nostro hemisphaerio et ita aliter nobis apparet quia vero magis recedit a nostro hemisph. ut videtur esse propinquior terrae re autem tamen distantissimum.

Ex his constat utramque sententiam probabilem esse et defendi posse. Sententia tamen Ar. amplectenda est quia ex proprio munere nobis incumbit illius sententiam defendere si ex illa nil sequatur contra fidem.

Est tamen quaedam dubitatio secundum Ar. cum constet dari plura corpora caelestia an huiusmodi corpora sint subtilia tenuia ad modum aeris ita ut facile cedant et scindantur an vero sint solida et densa sicuti vitrum aut crystallum.

Cui dubio resp. corpora caelestia esse solida et densa secundum mentem Ar. quod probatur ex eodem Ar. hoc in lib. ubi appellat astrum densiorem partem sui orbis ergo orbis erit solidus et densus.

2o prob. quia astrum ex eodem Ar. est affixum orbi sed absurdum est asserere corpus solidum quale est astrum posse affigi corpori tenui non n. est asserendum clavum posse affigi aquae vel aeri ergo caelestis orbis erit densus.

Ultimo prob. quia 2o cap. huius lib. asserit Ar. cum Pythagora corpora caelestia esse solida et confricatione producere calorem quia solida sunt et reprehendit Pythagoram qui propterea credebat edere sonum ergo etc.

Q. 10 in quo numero orbes caelestes contineantur

Docuimus superius dari orbes caelestes nunc explicandum est quo numero orbes caelestes contineantur. In primis Aristotelici et multi alii astronomi probant statuendo esse 7em orbes.

orbes planetarũ ita debent eẽ orbes cælestes q̃d experimur esse motus
planetarũ atq̃ hi sunt motus plenarij et planetæ mouentur ad
motũ eorum ergo 7em sunt orbes planetarum Deinde præter motũ
ab occasu in ortum quo mouentur planetæ experimur planetas moueri
ab ortu in occasũ, sed hic motus n̄ pot̃ conuenire planetis sm̃ natam q̃
uni corpori simplici solũ competit unus motus simplex ergo præter 7em orbes plane-
tarũ concedendũ ẽ 8um cælũ, et cui huic motus ab ortu ad occasũ naliter com-
petat, et hos celos tm̃ constituunt astronomi ita ut 8a sphera n̄ sit in loco qui n̄
circumscribit a corpore superiori et sit 1m mobile —
Posteriores u° phi et astronomi experti sunt in 8a sphera duos motũ ab occasu in ortũ et
& contra, quare asserunt constituendũ eẽ 9um celũ cui naliter conueniat motus ab ortu
in occasũ: alij autẽ affirmant præter hos motus se expertos fuisse motũ trepidationis
seu accessus et recessus in 8a sphera unde sentiunt 10 eẽ celos, ita ut 8o conueniat
motus trepidationis 9o motus ab occasu ad ortũ 10 u° motus ab ortu ad occasũ —
Sed q̃r dubium ẽ an det̃ motus trepidationis, et si det̃ an sit distinctus a proprio
motu aliorũ planetarũ asserit D. Tho. et alij probabilius eẽ asserere tm̃ eẽ 9.
orbes mobiles, alij dicunt si constituendi sunt orbes constituendos eẽ 19 q̃r totidẽ
motus experimur, sed hæc oĩa incertis et infirmis experientijs nituntur
quare asserendũ ẽ cũ D. Tho. 8. eẽ orbes cælestes mobiles 7. planetarum
et 8am sphæram ubi currit dubiũ, an præter hos celos sit constituendũ celũ
Empyreũ immobile —
Cui resp. oẽs phi theologi scolastici 2° d̃ snarum dist. 2a cũ Magistro Diui Ba-
silij, et alij q̃d in comentarijs sup genesim dandũ eẽ celũ Empyreũ q̃d ita
probant statuendũ sit aliq̃d celũ q̃d sit sedes animarũ beatorũ sed hoc n̄ pot̃
eẽ aliq̃d ex hijs quæ mouent q̃r aut daret corporũ penetratio aut corpora beatorũ
uoluntarint simul cũ celo q̃d ẽ falsũ —
Q̃d si dicas hoc eẽ falsũ q̃r post diem iudicij cessatura sunt omnia corpora
cælestia urgemus ulterius q̃r hoc pos̃ uidet affirmare n° n̄ eẽ in celo aliqua
corpora gloriosa q̃d ẽ impiũ q̃d corpus xp̃i Virginis Mariæ, et omnium qui
simul surrexerunt cũ xp̃o sunt in celo scilicet —
Q̃d si quæras an celũ Empyreum habeat lumen a sole an ex se — Rx
n̄ a sole sed a se iuxta illud Apocalips. 21 cap. ubi ita habet̃ de domicilio
Sanctorũ Ciuitas illa n̄ indiget sole neque luna, q̃r claritas Dei illã gla-
rificauit, et lucerna eius ẽ agnus, quare n̄ indiget alio astro ut sit lucida
Q̃d si quæras 2° an celũ influat in hæc inferiora D. Tho. quolibeto 6.
q̃e 11a et 1a p. q̃ 66. ar. 3° respondet celũ Empyreũ emittere aliquã
influentiã in hæc inferiora suarius in 2° snarũ dist. 12m oppositum docere
uidetur nonnulli tñ putant n̄ influere in hæc inferiora q̃r modus fiendi ẽ motus
et celũ empyreũ n̄ mouet utraq3 opinio probabilis ẽ q̃r fieri pot ut solis
~~[illegible]~~ influat lumine aut alia uirtute — Deinde ẽ dubium an

an detur cælum aqueum seu crystallinum multi putant 9am sphaeram seu cælum
Empyreum esse cælum aqueum seu crystallinum quod probant quia doctores saepe
mentionem faciunt crystallini ratio tamen in nullo quia 9a sphaera ob claritatem
et diaphanitatem dicitur crystallinum sed licet multi philosophi sentiunt inter 9am
sphaeram et cælum Empyreum dari quasdam aquas maxime tamen differunt in modo
constituendi illas quia nonnulli dicunt illas aquas ibi miraculose detineri, alii
asserunt Deum in prima rerum constitutione quia corpora disposuisse naturaliter et aquas
ibi esse naturaliter quod confirmant his rationibus. Prima, quemadmodum oleum supernatat naturaliter
potest descendere usque ad centrum terrae et naturaliter supernatat aquas quae impediunt
ne oleum moveatur ad centrum ita aqua descendere possunt deorsum nihilominus
naturaliter supereminet cælos —.

12 R. diversa esse similitudinem quia oleum supernatat aquas quia aquae sunt gra-
viores oleo et vero orbes inferiores non sunt graviores illis aquis et proinde
et proinde aquae illae naturaliter possunt non supereminere cælis —

2um arg. quo magis corpora naturalia accedunt ad suum locum maiorem habent affectum et
ita possunt recedere ut multi affectum habeant redeundi ad suum locum ergo cum aquae
maxime distant a terra non afficiuntur descendere deorsum sed naturaliter ibi quiescant

R. aliquod corpus quamvis maxime distet a proprio loco semper retinere affectum
naturalem redeundi ad illum atque ita si ibi essent aquae violenter detinerentur,

3um arg. si sit aqua in aliquo vase quod velocissime moveatur naturaliter aqua ibi
detineretur sic et aquae illae naturaliter in cælo detinerentur propter velocissimum
illum motum —

R. falsum esse aiens quia et si velocissime moveatur vas aqua ibi violenter detineretur
quia si vas perforaretur aqua descenderet per aliquam particulam, alii non cum
animadverterint aquas ibi non esse miraculose neque posse esse per naturam asse-
runt aquas ibi dictas esse metaphorice quia cælum illud constitutum est ad modum
aquae congelatae quod probant ita cæli debent correspondere his inferioribus
atque ita cælum Empyreum ob claritatem correspondet igni primum mobile seu 9a
sphaera aeri propter diaphanitatem, planetae terrae propter densitatem ergo
stellatum debet cælum aqueum quod correspondeat aquae —

R. falsum esse cælos correspondere his inferioribus quia satis est corpora cælestia vir-
tute et eminenter contineant haec inferiora; cui dubio R. hac con-
clusione praeter 9 orbes mobiles et cælum Empyreum non datur cælum aqueum
prob. 1º si essent aquae inter 9am sphaeram et cælum Empyreum vel essent mira-
culose, vel naturaliter vel metaphorice quia non datur medium sed neutrum horum modorum
fieri potest ergo etc. assumptum prob. in principio non 1º modo nam Deus in principio
mundi omnia collocavit in suis locis, neque 2º modo nam aqua est corpus grave
et descenderet deorsum neque 3º modo nam Deus in rerum productione omnia produxit
proprie ergo inter 9am sphaeram et cælum Empyreum non dantur aquae —
2a ratio cæli aquei nulla potest assignari actio neque aut finis ergo non datur
cælum aqueum, —— sed adversus hanc sententiam sunt varia loca sacrae

Sacra Scriptura quæ huic contrariare videntur 1us est genesis cap. 1o Dixit
Deus fiat firmamentum in medio aquarum et dividat aquas ab aquis et Deus
fecit firmamentum quod divisit aquas ab aquis nempe aquas quæ sunt sub firmamen
to, id est iuxta terram ab aquis quæ super firmamentum sunt, sed nomine firmamenti
intelligit Scriptura quia statim firmamentum vocat cælum et statim adiungit Deum fecisse
luminaria et stellas et collocasse illas in firmamento et supra cælum concedendum
esse sunt aquæ congelatæ quæ fiunt similitudinem crystalli et dat cælum aqueum
inter 8am sphæram et cælum Empyreum. Deinde ex Psalm. 148o et aquæ quæ
super cælos sunt, et 3o cap. Daniel. et aquæ quæ super cælos sunt benedicite dominum
His 2bus locis dico nomine cæli intelligi aerem qua ratione dicitur volucres cæli id est aeris
ita ut sit sensus aquæ quæ in 2a aeris regione generantur et nubibus condensatis
laudent et benedicant dominum
Primo testimonio dico nomine firmamenti intelligi cælum et nomen cæli significat totum
illud quod continet ab igne usque ad 8am sphæram alias ~~multas~~ sphæras et multa
alia ita pariter et firmamentum, ita gen. 1o cap. nomine firmamenti intelligit
aerem ita ut sit sensus fiat firmamentum et dividant aquæ hoc est fiat aer et sit
medium inter aquas quæ iuxta terram sunt et aquas quæ in 2a aeris regione gene
rantur deinde ubi dicitur, et fecit luminaria in firmamento et collocavit stellas intelli
git orbes cælestes quia non in eadem significatione Scriptura utitur nomine firmamenti, et iuxta
hanc Scripturam aliquis posset probare stellas esse in aere quia in 1o loco dicimus
nomine firmamenti intelligi aerem, et eodem textu continuato habet et collocavit
stellas in firmamento, hæc expositio est D. Tho. 1a p. q. 68. ar. 2o cui etiam favet
Basilius et multi doctores græci et vox Ebrea qua utitur firmamento quia Rachyo
deducta a verbo græco Gyra id est extendere et expandere significat extensionem
et expansionem quare recte aeri accommodantur quia extensus est et illud quod habet
genesis 1o cap. S. Propheta Ieremias 10 cap. ubi ita legitur fecit Deus
terram in fortitudine sua præparavit orbes sapientia sua extendit cælum in pru
dentia sua et vocavit multitudinem aquarum in cælo elevans nebulas ab extre
mitatibus terræ quæ in pluviam convertunt in 2a aeris regione atque ita nomine fir
mamenti intelligit 2am aeris regionem
Dicet aliquis aer non erat factus antequam aquæ dividerent ab aquis et nomine fir
mamenti non intelligit aerem. Dico aerem iam fuisse productum simpliciter et absolu
te, fieri autem secundum quid ita ut esset dividens aquas ab aquis non aliter atque ante
4um diem, sol et luna iam erant producti ut habet in Scriptura et 4o
die fecit luminaria non simpliciter sed secundum quid ita ut 4o die exponunt ~~sed~~ quod
ad illuminandum mundum moveri, ut præesset sol diei luna vero nocti quia ante
4um diem luminaria non movebantur et mundus erat obscurus et in caligine po
situs, sed dicet aliquis 2o aer est flexibilis cæteris quare et ratione nomine firmamenti
potest intelligi aer
Dico apud doctores sanctos et etiam apud sacras litteras nomine firmamenti intelligi id quod
continet, qua significatione aer firmamentum dicitur quia continet aquam. Sed 3o dicet

Sed 3° dicet aliquis ex cantico trium puerorum i° ponunt angeli deinde aquæ
quæ super cælo sunt, deinde sol et luna et alia multa quæ supra cælos
dantur ex aquæ congelato —
Rx in illo cantico non servari ordinem creaturarum quod constat quia primus ponunt
sol et luna quam stellæ superiores sunt multo sole et luna, deinde
collocant ros et pruina quam ignis et tamen superior est ignis, quia hæc solum
fiunt in infima aeris regione quod constat quia in altis et excelsis montibus
nunquam inventus est ros neque pruina —
Ex his aperte constat quod esse cælos 7 planetarum et primum mobile et cælum
Empyreum et ita falsa est sententia asserentis primum mobile non esse in loco, et
huic sententiæ nil obstat Chrysostomus qui solum constituit unicum cælum quia nomine
cæli forsan intelligit totum illud quod continet ab igne usque ad supremum
cælum neque ea sententia eidem repugnat quia solum statuit 3 cælos scilicet ignem Dia-
phanum et stellatum quia per ignem intelligit cælum Empyreum quod propter maximam
claritatem ignem appellat, per Diaphanum intelligit primum mobile quod maxime
Diaphanum est per stellatum orbes planetarum neque huic contrariatur Da-
mascenus qui solum statuit cælum aereum, sydereum et supremum quia nomine
cæli aerei intelligit id omne quod continet ab infima aeris regione usque ad
cælum lunæ, nomine cæli Syderum intelligit orbes planetarum, nomine vero cæli
supremi intelligit cælum Empyreum quæ nunc hæc opinio nobis amplectenda est

Q° 10 ulta quo ordine cæli collocentur et disponantur —

Pro cuius explicatione est observandum cælum Empyreum communi concessu altiori et superiori loco collocari —
2° certum esse post cælum Empyreum collocari 8am sphæram sive primum mobile, quia inter 8am
sphæram et cælum Empyreum nullum datur corpus ut probatum est — 3° ex sententia omnium
doctorum planetas hoc ordine collocant, post primum mobile Saturnus 2° loco Jupiter 3 Mars
quod constat quia quo maiori tempore et diutius aliquis planeta absolvit suum cursum
quam Jupiter, et Jupiter quam Mars praterea omnes concedunt Venerem su-
periorem esse Mercurio, et lunam inferiori loco collocari unde tota difficultas posita est
de sole de quo queritur an collocetur 2° loco immediate post lunam, an vero 4° loco ita ut
sit hic ordo luna Mercurius Venus Sol, Mars, Jupiter, Saturnus de qua
re est prima opinio Ptolomei 2° lib. almagesti cap. 2° et omnium astrologorum et Theolo-
gorum hac nostra ætate asserentium solem 4° loco collocari quam confirmant his rationibus i° est
corpora quæ apparent supra orizontem, quo maiorem habent paralaxim sunt nobis
viciniora sed astrologi dicunt lunam habere maiorem maiorem paralaxim quam
Mercurium et Mercurium quam Venerem et Venerem quam Solem ergo etc —
2a ratio corpora cælestia quo maiori tempore percurrunt suum spatium sunt superiora sed
sol percurrit suum spatium 366 diebus Mercurius et Venus paucioribus scilicet ~~355~~
355 ergo etc — 3a ratio omnes planetæ accipiunt lumen a sole ergo debet esse sol
in medio planetarum, cum sit et sit dux et Rex omnium,

2ª opinio fuit Ægyptiorum Platonis et Ar. hoc loco cap. 10. et lib. de mundo ad Alexandrum et aliorum asserentium solem collocari 2º loco immediate post lunam Ar. autem fuit huius opinionis aut quia illam accepit ab Ægyptijs aut quia illius tempore nondum erat observatum, quem locum occuparet Sol quam opinionem probant his arg. Primum est si Sol collocaretur 4º loco Mercurius et Venus ecclypsarent Solem quam luna sed nulla experientia id constat ergo etc.

Rx. disp. de causa ecclypsari solem a luna, et lunam adimere nobis lumen Solis, non autem Mercurium aut Venerem, 1ª est quia luna respectu Mercurij et Veneris est obscura et opaca, et corpus quod ecclypsat debet esse opacum, sed si flamma intercipiat inter nostrum aspectum et Solem non dimittit nobis lumen Solis quia perlucida est. 2ª causa est quia cum luna sit nobis coniunctior impedit nobis lumen Solis non autem Mercurius aut Venus quia plus distant a nobis non aliter atque si aliquod corpusculum ponatur iuxta oculum impedit ne videamus lumen et aliquod corpus, et si maximum si illi opponet procul non impedit visum.

2um arg. corpora cœlestia quo maiora nobis apparent sunt nobis viciniora sed Sol maior nobis apparet quam Mercurius aut Venus ergo etc.

Rx. posse esse verum si corpora sint æqualia non autem si sint inæqualia, et ita Sol magis distat a nobis et tamen Sol maior nobis apparet quia est multo maior Venere aut Mercurio.

Vltimum arg. Sol et luna sunt quæ magis influunt in hæc inferiora ergo debent magis accedere ad hæc inferiora quam alij planetæ. Rx. non sequi eo quod magis influant in hæc inferiora magis accedere ad nos quia ratio maior aut minor influendi non est maior aut minor distantia sed vero maior virtus quia aer calidus propinquior est nobis quam Sol et tamen Sol magis calfaciet quam aer et hæc de toto hoc

2º lib. cum finem

Disputavit hactenus Ar. 2bus praecedentibus libris de corporibus caelestibus, nunc vero his 2bus sequentibus disputat de elementis ut sunt partes maiores huius mundi, considerat quoque ortum et interitum illorum, nam ut sunt causae ortus et interitus in libris de ortu de illis disserit, sed quoad numerum elementorum et qualia sunt solemus [illegible] et proprietates [illegible] intelligimus ut Ar. docet 1° Phy. cap. 1°, ideo hoc cap. primus disserit de ortu et interitu quoniam ortus et interitus tantum reperiuntur in elementis et his quae ex elementis componuntur, proponens varias sententias philosophorum de ortu et interitu.

Text. De 1° quidem etc.) Proponit institutum huius lib. et sequentis ambos explicaturus, respectu quorum superius proposuit atque ita asserit: cum hactenus disputatum sit de 1° elemento, id est de caelo, restat nunc disputemus de 2bus elementis, terra scilicet et igne, quae sunt extrema elementa; ex quo loco non licet inferre duo esse tantum elementa, quoniam eius ad eundem artificem pertineat agere de extremis et de mediis, qui disputat de elementis extremis, igne scilicet et terra, ex consequenti disputat de elementis mediis, aere scilicet et aqua.

Text. (Philosophi etc.) Proponit varias sententias philosophorum. 1a fuit Parmenidis et Melissi existimantium nullum dari ortum et interitum ex parte rei, sed solum ex nostra existimatione. Inciderant autem in hunc errorem qui existimabant praeter res singulas et singularia non dari universale, et tamen rerum singularium dari scientiam, cumque scientia sit aeternorum et perpetuorum, ex consequenti asserunt omnes res esse aeternas et immobiles, et proinde asserunt non dari verum motum et interitum, quae sententia falsa est et contrariatur scientiae philosophicae, quoniam tollit motum ut diximus 1° Phy.

Text. (Alii autem etc.) 2a opinio fuit Esiodi in Theogonia orphei, et Melissi asserentis omnia esse genita ex chao, ut ex chao primus generaret terram, deinde caelum, ex quibus tandem genita sunt alia et Dii, producta namque sola materia 1a prius et chaos sensit non oriri neque interire.

Text. (Alii alia etc.) 3a fuit sententia Eracliti existimantis omnia oriri et interire una dempta materia ex qua res fiebant, de qua ipsi credebant esse ignem.

Text. (Sunt etc.) 4a sententia fuit Pythagorae et Platonis in Timaeo asserentium omnia corpora naturalia componi ex superficiebus, et in easdem resolvi; ex quibus sententiis Ar. non refutat 3s priores, cum in 1° de ortu et interitu refutat, sed tantum opinionem Platonis reprehendit et refutat 2bus argumentis mathematicis atque naturalibus physicis, quoniam illius tempore maxime vigebant.

Text. (Nec de aliis etc.) Proponit arg. mathematicum ita: Corpus non solum dividitur in longitudinem

et latitudinem sed et in profunditate ergo non solum componit ex superficiebus et in easdem resolvit — Tex

Deinde etc.) 2^m arg. Quod haec opinio asserat corpus componi ex superficiebus ita et superficies componerentur ex lineis, sed hoc est falsum quia divisibile componeretur ex indivisibilibus ergo etc. — Tex

Quae autem etc.) Refellit eandem sententiam argumentis physicis, prius tamen proponit duas hypotheses 1^a est divisibile non potest reperiri ex esse in indivisibili 2^a est accidentia ut color v.g. non solum dividuntur in species per se sed et per accidens ratione subiecti in long. lati. et prof. — Tex

Itaque etc.) Proponit 1^m arg. Si corpus naturale constaret ex superficiebus grave et leve constarent ex non gravibus et gravibus, sed hoc est absurdum ergo etc. — Prop. prob. quia superficies constarent ex lineis et lineae ex punctis, sed puncta neque possunt esse gravia neque levia ergo etc. — Prob. assumpt. grave et leve aut est durum aut molle rarum aut densum sed haec omnia possunt dividi ergo punctum quod indivisibile est neque est grave neque leve — Tex

Si (ergo etc.) 2^m arg. Si ex superficiebus et punctis fieret corpus vel fieret ex his coniunctis aut secundum longitudinem aut latitudinem quod ex solis coniunctis fit liber, sed non est maior ratio ob quam fiat corpus ex superficiebus coniunctis secundum latitudinem quam secundum longitudinem ergo etc. — Tex

Praeterea etc.) 3^m arg. ex superficiebus coniunctis nulla fit figura ergo si corpus constaret ex superficiebus coniunctis nulla figura constaret — Tex

Praeterea etc.) 4^m arg. Si corpus constaret ex superficiebus vel unum corpus esset gravius altero quia constaret ex pluribus superficiebus aut gravioribus sed quidquid asseramus sequitur indivisibile esse grave ergo etc. — Tex

Omnino etc.) 5^m arg. Si corpus constaret ex superficiebus et superficies ex lineis et lineae ex punctis tamen tolleretur magnitudo, sed hoc est falsum quia magnitudo semper dividitur in magnitudinem ergo etc. — Tex

Haec eadem etc.) In fine cap. docet Ar. inferri eadem absurda si dicamus corpus componi ex numeris ut Pythagoras existimavit. Est tamen obser. non recte Platonem reprehendi ab Ar. quia Plato per superficies solum intelligit 2^am materiam et formam ut diximus 1° phy. — Tex

Caput 2um aliquem motum naturalem convenire elementis

Postquam superiori cap. refutavit Ar. sententiam Platonis iam hoc 2° cap. demonstrat elementis aliquem motum naturalem convenire id probat 2^bus arg. —

Omnibus etc.) 1^m est ex sensu constat ipsa elementa moveri quare vel moventur motu naturali vel violento si naturali constat institutum, si violento ergo habent et motum naturalem quia motus violentus aut contra naturam dicitur qui repugnat motui naturali ergo etc. — Tex

Quiet et etc.) 2^m arg. sumitur ex quiete prius tamen statuit dup. hypothesim. Prima est Quidquid quiescit vel quiescit naturaliter vel violenter 2^a est Unumquodque — Tex

naliter movet ad illud locu in quo naliter quiescit et violenter movet ad locu
in quo violenter quiescit, Ex quibus sequit arg. Experimur aliqd elementum
quiescere (g l, in sto loco quiescat naliter l, violenter si naliter (g naliter ad
illud movet sine vi alterius corporis l, illud aliud quiescit vi alterius corporis
et illud vi alterius et sic in infinitu, qd n e dicendum qr nata n patit infini-
tum (g deveniendu e ad aliqd corpus quod naliter quiescat (g motus quo ad illu
locu movet e natis (g corporibus simplicibus aliquis motus natis accommodat

Tex Itaqz etc) hoc loco reprehendit Leucippum et Democritu asserentes ante mundi
constitutionem praefuisse infinitas athomos et infinita corpuscula in spatio
quae infinito temp. vi externa moveant, Qua snam refellit 1o qr motus violen-
tus supponit natem 2o qr in moventibus n deveniet ad 1m motorem &c —

Tex Quo et etc) Deinde reprehendit Platonem asserente in Tymaeo ante mundi consti-
tutione praecessisse elemta confusa et indeterminata et infinito temp. moveri,
qua snam refutat 3bus arg. 1m l, elemta movebant motu nali l, violento si nali (g
in propria locu n igr erant inordinata in violento qr motus violentus et suppo-
nit natem, sed qr ar. falso huiusm snam imponit Platoni alia argta praeter-
mittemus solu. n. asserunt Plato chaos praecedere mundi creatione idqz n temp.
sed natura —

Tex Hoc aliquid etc) Hoc loco laudat Ar. Anaxagoram et Empedoclem qr praeclarius
philosophati sunt ~~Ar~~ quam Democritus et Plato In aere s. qr Anaxago-
ras docebat elemta praestetisse n tn moveri Empedocles vo ante mundi consti-
tutionem dicebat elemta p amicitiam et concordiam praestetisse concreta; Deinde
vo propter litem et inimicitiam fuisse dissipata, laudavit aute hos hoies qr ex eorum
opinioibus n sequunt absurda, quae ex snia Platonis et Democriti inferunt —

Tex Ac ex his etc) Colliget ex his Ar. dandu ee aliqué motu natem qui elementis conveniat

Tex Quaedam etc) Docet iam Ar. quaedam elemta debere ee gravia 1o qr si unu corpus
n eet gravius altero n moverent deorsu et tota rao ceteris paribus ob qua unum
corpus moveat velocius altero deorsum est qr e gravius et praeterea qr si n
essent corpora gravia aut levia n esset motus sursus aut deorsum —

Tex Praeterea etc) 2o illud probat motu violento qr si unu corpus n eet gravius alio
in motu violento et proiecta eadem velocitate moverent qd e absurdu; Elemta
igr cu motu recto moveant gravia aut levia debuisset motus —

Tex Quoniam etc) Proponit hoc loco ex quibus distinguit motus natis et violentus, et
illa quibus conveniat, distinguunt n. qr motus natis fluit a causa intrinseca
existente in re quae movet violentus vo a causa extrinseca id e a causa quae n ex-
istit in re quae movet qd n debet intellig. de causa 1a qr proiecta et proxime mo-
vent a virtute impressa conveniant tn qr tam motus natis quam violentus utitur
aere tanquam instrumto qr aer e mediu p perfectissimu ut p illud fiat motus —

Tex Ex his etc) In fine cap. probat etia n posse ee genita ex principiis verum
qr cum genita n fiant ex corpore praeexistente ut volunt veteres genita n occuparent
locu qr ante erat inanis et vacuus, et natura n patitur vacuum modo vo multa

multa generant quæ sunt ex corpore præexistente qd antea occupabat locū quē modo ipsa genita occupant —

Observationes in 2um caput

Ar. docuit eē mediū aptū aeris ipsi motui quem locum ita interpretant Alexand. et alij ē aptus motui natli ne fiat in instanti motu nō violento qr impulsus projicientis impellit aerem, et aer impulsus expellit procella quæ expositio falsa ē qr et si motus fiat in inanimatis p̄ inane in temp̄e fieret et nō in instanti cuius raō ē qr de raē motus ē successio, et oīs successio fit in temp̄e quare asserendū ē Arist. docuisse aerem eē mediū aptissimū nō simpliciter qr aptius medium ē ignis cū sit tenuior et rarior sed comparatione aliorū corporū aqua s. et terra —

Caput 3um quid sit Elementum —

Explicatis Ar. quæ proprie generent et intereant explicat 1º loco quid sit elementū qr intereat quæ proprie generant annumerant elemta —

Quæ restat etc) Proponit Ar. suū institutū vix explicatū — Tex fit (geti) Definit elementū ita corpus simplex in qd resolvunt mixta qr in ipsis reperit actu, l, potia et qd in aliqua alia corpora spē distincta nō resolvit qua p̄a diffinit corpus simplex distinguit a matia et forma quæ nō sunt corpora subiuncta actu l, potia, quæ dubiū ē et maximū qua raē elemta sunt in mixtis, qd quidem in libris de ortu anobis explicabit ipsū aute in alia corpora spē distincta minime peccat; Qd si dividat in matiā et formam hæc nō sunt corpora si nº partiat in p̄tes similares licet sint corpora eiusdem tn̄ spēi quā diffiā accuratā eē ex eo docet qr caī concessu recipit, — Tex

Qd si etc) Ex his probat dup. argto dari elemta 1m ē qr experimur si aliqd mixtū resolvat resolvi in simplici corpora, qr si lignū resolvat flamma indicat ignem, fumus aerem, humor aquā cineres vº terram (g constituenda sunt elemta — Tex

Quoniam autem etc) 2m arg. Motus simplex debet corpori simplici sed dat motus simplex amedio et ad mediū (g dant corpora simplicia quæ elemta appellantur — Tex

Hæc 2das argts nonnulli sinunt Ar. nō probare dari alia elemta sed solū diffiam elemti accuratā eē qr 1º argto ostendit mixta resolvi in elemta 2º vº eē corpora simplicia quæ oīa in diffiā elemti continent; Alij vº existimant Ar.um convincere danda eē elemta qr hæc sunt Ar. verba Quod si eo qd dictū ē elemtum aliqua simplicia corpora sint necesse ē., Utraque tn̄ expositio probabilis ē

Caput 4um quo refellunt duæ snīæ de nº elementorum

Verum autem etc) Refellit Ar. hoc cap. duas snīas de nº elementorū 1a ē Anaxagoræ asserentis eē infinita elemta id ē infinitas p̄tes similares quā snīam refutat Arist. 3bus arg. 1m ē qr confundit elementi nomen qr hac raē aurū argentū ossa carnes etc essent elemta qr sunt similaria (g etc — Tex

Præterea etc) 2m Qr tolleret snīa elementorū quare reitus alij dicunt 4or eē Tex

4.or ee elementa qr aque comode ex his fiunt mixta et si elem.ta essent infinita essent frustra ergo etc —

Tex. Praeterea etc) 3.um arg. Differentiae elem.ti sunt 4.or et finitae i. s. qualitates ergo elem.ta sunt finita —

Tex. Nec non etc) 2.o reprehendit Leucippum et Democritum existimantes ee infinita elem.ta s. ee infinitos athomos l. infinita corpuscula insectilia quorum concursu et congregatione fiunt mixta quae fig.a distinguunt multitudine aut paucitate athomorum qr ignem asserunt ee sphaericum quam sententiam impugnat Ar. 6 arg. 1.um etc

Tex. Primum etc) Primum arg. est frustra fiunt per plura quae fieri possunt per pauciora sed corpora mixta fiunt apte per elem.ta finita ergo etc —

Tex. Deinde etc) 2.m est Differentiae elementorum sunt finitae et certae s. 4.or i. qualitates ergo elem.ta sunt finita —

Tex. Praeterea etc) 3.m est quia sententia haec repugnat principijs mathematicorum asserentium corpus non componi ex indivisibilibus et insectilibus ergo etc —

Tex. Cum etc) 4.m est fig.ae quae fiunt ex athomis sunt finitae ergo et elem.ta debent ee finita —

Tex. Praeterea etc) 5.m est qr asserunt elem.ta constare figuris pyramidalibus et rectis lineis, sed fig.ae sunt finitae ergo etc —

Tex. Si simpl. etc) Ultim. arg. Tot sunt corpora simplicia quot sunt motus simplices qr motus simplex corpori simplici debet sed corpus simplex solum est duplex. a medio s. et ad medium ergo etc —

Caput 5.um non ee solum unicum elementum.

Superiori cap. reprehendit Ar. illos qui infinita elem.ta constituebant hoc uo cap. reprehendendo eos qui unicum tantum elementum constituerunt —

Tex. Quoniam etc) Proponit in hoc contextu institutam explicationem — Tex. Quidam non etc) Proponit sententiam veterum philosophorum qui alij dicunt hoc elementum ee aquam alij aerem alij uo ignem, aliique medium corpus inter ignem et aquam qd ee rarius aqua et densius aere nam autem horum autorum i. phys. proposita sunt. Refutat Ar. illorum sententiam qui sentiunt unicum tantum ee elementum s. ignem 2bus argumentis —

Tex. Oes etc) 1.m est si ignis fieret raritate aeris l. aquae ergo daretur corpus prius elem.to qr illud corpus est prius qd est simplicius et tenuius, sed ignis est corpus simplicius aere et aqua ergo ignis est prior elem.to et ex consequenti elementum non est aer tantum l. aqua

Tex. Praeterea etc) 2.m arg. fieri raritate et densitate nil aliud est quam fieri tenuitate et crassitudine qr tenue et rarum sunt idem, et crassum et densum, deinde fieri tenuitate et crassitudine est fieri paucitate et magnitudine qr tenue constat paruis partibus, densum uo magnis, sed magnum et paruum pertinent ad relata ergo oia quae fiunt sunt relata et nil dariet absolutum ergo non pot ee unicum elementum

Tex. Qui autem etc) Refellit Ar. sententiam illorum qui concedebant tantum ee unicum elementum s. ignem hi uo diuisi sunt nam alij asserebant ignem nulla fig.a constare, alij uo dicebant constare fig.a pyramidali [illegible]

de causa

decansa coeli: 1ª e Corpori apto ad scindendum debet figura apta ad scindendum, sed ignis e aptus ad scindendum, et figura pyramidalis valet ad scindendum ergo debet igni figura pyramidalis. 2ª e corpori primo et nobilissimo debet prima et nobilissima figura sed ignis et corpus primum et nobil. sed et figura pyramidalis e prima et omnium nobilissima ergo igni debet figura pyramidalis.

Utroque etc.) Refellit nam Ar. secundam sententiam hac ratione si unicum esset unicum elementum s. ignis si esset divisibilis vel indivisibilis non indivisibilis quia repugnat mathematicis nullum n. corpus constare potest ex indivisibilibus neque divisibilis quia cum ignis constet figura pyramidali quaevis pars figurae pyramidalis servit figuram pyramidalem quod non est dicendum ergo etc. Tex

Coë etc.) In fine cap. Unico argumento refellit Ar. omnium sententias si unicum esset unicum elementum solum esset unus motus simplex sed dantur multi motus simplices s. sursum et deorsum ergo etc. Tex

Caput 6um Elementa generari et corrumpi

Postquam Ar. probavit elementa non esse infinita et neque esse solum unicum elementum reliquum erat explicare quot essent et qualia verum quia horum cognitio colligi potest ex eorundem ortu et interitu hac de causa hoc cap. proponit duas quaestiones. Tex

Sed primum etc.) Proponit primam quaestionem an elementa ortui et interitui subijciantur, 2ª e an generentur ex se invicem ita ut unum elementum generetur ex alio: 1º q. Resp. Elementa ortui et interitui subijciuntur quod confirmat hac ratione. Ex prima constat Elementa dissolvi et corrumpi ergo aut elementa sunt aeterna quia huiusmodi corruptio sit aeterna aut quia aliqua pars elementi incorruptibilis, sed non primo modo quia si haec corruptio fieret tempore infinito quo insit generatio alterius et generatio fieret tempore infinito et ita unum infinitum esset post aliud neque 2º modo quia pars elementi ignis v. g. aut esset divisibilis aut indivisibilis quia corpus componeretur ex partibus integrantibus et indivisibilibus si divisibilis ergo potest corrumpi quod probat amaiori ad minus totus ignis potest corrumpi ergo pars ignis quia corpus minus facilius patitur et ignis 2bus ait modis potest corrumpi: primo a contrario ut cum patitur ab aqua 2º suffocatione et respexit id e consumptione materiae. Tex

Quoniam autem etc.) Resp. 2ª q. s. elementa ex se invicem generari et corrumpi, prob. Constat ex 1ª q. elementa corrumpi et generari vel igitur generantur ex corpore vel ex non corpore non 2º modo quod ita ostendo Id quod generatur in aliquo loco generatur vel igitur ille locus e vacuus vel repletus non vacuus quia daretur inane neque repletus quia cum elementum non fiat ex illo corpore quod replet locum penetraret illud corpus et ita daretur corporum penetratio quod e falsum ergo non e dicendum elementa generari ex non corpore verum igitur ex corpore quod vel illud corpus ex quo generatur elementum e simplex aut mixtum quod non mixtum quia daretur corpus mixtum prius elemento ergo e simplex et ex consequenti unum corpus simplex vel elementum generatur ex alio elemento tum et et illud corpus ex quo generatur elementum vel esset grave vel leve non si neutrum e neque esset in loco neque loco moveretur sicut corpus mathematicum sed ex corpore mathematico non fiunt corpora simplicia ergo etc.

Observationes In hoc caput

Prima ē phr. 7° met° docet mutatiōēm n̄ ēē corpus et cap. præcedenti affirmauit elem.ta fieri ex corpore (q elem.ta n̄ fiunt ex mā ā. Rz neg. conseq.am nam dicunt fieri ex mā ā et ex corpore diuersa ā roē; fiunt ex mā ā tanqua ex prīo permanente et q mā ē sub forma, et forma ē mercpore sunc dicimus elem.ta fieri ex corpore ndt ex mā quæ semper ē in corpore, qd si diceamus transmutationem fieri a corpore in corp

2a obiectio qr aliqd lignū ē, aliqd mixtus resolut in elem.ta asserendū est elem.ta generari ex corpore mixto (q n̄ generant ex aliquo alio elem.to

Rz neg. conseq.a qr qn lignū resolut elem.ta n̄ generant ex ligno in q resoluto

Caput 7um in quo refutantur 3es snæ ueterum de modo resol

Proponit phr. uarias snas de m° transmutationis Tex. Rursus etc. Proponit 1am opinioem quæ ē Empedoclis democriti, et aliorum asserentiū elem.ta transmutari p segregatione et separatione n̄ aliter alq̄ separat aqua quasi continente qd illustrabant hac similitudine qnd aqua exprimit ex spongia ita cū aqua generat exprimit ab ipso aere n̄ auti qd ex aere oriat tanquā ex mā; quā snam refellit 4or arg. Primū ē qr hac roē n̄ daret u° gerāo l transmutatio sed apparens

Tex Eadem etc) 2um arg. ē qr aqua segregata ab aere eet grauior ipsa mixta aerea qr segregata fluit deorsū

Tex Praeterea etc) 3um est qr aqua separata repleret maiore locū quā aeri coniuncta qd inquit n̄ ē dicendū qr duo corpora coniuncta maiore occupant locum quā unumqdq seorsū

Tex Sed deficiat etc) 4um arg. ita si hæc sna eet u° infinita p.es aquæ deberent contineri in ipso aere ut hæc transmutatio eet perfecta aut tñt ut hæc transmutatio tolleret qd n̄ ē dicendū (q etc

Tex (At si etc) Proponit 2am snam aliorū asserentiū elem.ta transmutari sm̄ figuras et dissimilitates quā snam 2bus modis explicabant ueteres phi 1° n. nonnulli ita explicabant transmutat elem.ta qr fig. unius transmutat in fig.am alterius unde aquā transmutari in ignem nil aliud eet asserebant qr cubum fieri pyramidem qr fig.am aquæ asserebant ēē cubum, ignis u° pyramidem quam snam refellit phr. ita si hoc eet uerum p.es aquæ n̄ essent aqua neq p.es ignis ignis qr pars pyramidis n̄ ē pyramis neq pars cubi ē cubus sed hoc absurd. ē ergo etc

Tex Sin autem etc) Proponit aliū modū quo ueteres phi propositā snam explicaban asserebant ait phr. elem.ta resolui in fig.as solidas qr componunt ex planis

planis et extremitatibus et constituebant hoc primum s. in igne aere et aqua re-
perire triangulum scalenum, et rectum angulum, in aqua non triangulum Isosceles
et rectum angulum atque ita asserebant ex consequenti ignem aquam et aerem mutuo trans-
mutari quia sunt composita primis terram autem non transmutari quia sit composita primum, quam
sententiam refutat Philosophus quinque argumentis —

Neque etc.) 1um est quia non est consonum rationi transmutari cum transmutatio conspicitur in omnibus elementis et id experientia constat — Tex

Sed hic etc) 2um arg. quia terra esset maxime elementum et non resolverentur in alia corpora quod non est dicendum — Tex

Huc ad etc) 3um arg. quia cum non omnia corpora componantur ex paribus triangulis et aliis figuris, subsistunt aliqua triangula quae non erunt in aliquo loco — Tex

Praeterea etc) Proponit ita 4um arg. quia si solum constaret ex extremitatibus non dividerentur in profunditatem et crassitiem — Tex

Quin etc) 5um arg. est Quia pars elementi neque est corpus neque elementum quia pars trianguli non est triangulus neque pars Isoscelis est Isoscelis quare proposita sententia falsa erit — Tex

Caput Ultimum Elementa non habere propria figuras

Quia ex sententiis veterum philosophorum colligitur post Elementa ex sua natura propriam habere figuram proinde hoc capitulo Philosophus refellit hanc sententiam decem argumentis ex quibus aliqua tantum proponemus — Tex

Omnino etc) Primum est quia si elementa haberent figuram tum haberent rationem continentis et eo non quia corpus continens est figura pyramidalis elementum et est figura pyramidalis ergo elementa ex sua natura non sunt propriam figuram —

2um arg. Elementa sunt veluti materia mixtorum quia elementa efficiunt unum corpus mixtum continuum, si ex se haberent proprias figuras non efficerent corpus unum continuum, quia distincte figurae non continuantur ergo elementa ex sua natura non sunt propriam figuram —

3um arg. Democritus tribuit aquae cubum propter suum motum Pythagoras igni tribuit figuram pyramidalem propter suum motum ad actionem et terrae tribuit figuram rotundam propter quietem sed elementa extra sua loca maxime inquieta movent ad suum locum ergo terrae ob suum motum tribuenda est alia figura et igni ob figuram alia quietem alia figura similiter et aqua ergo elementa ex sua natura non sunt propriam figuram.

4um arg. Ex eorum sententia ignis calfacit quia habet angulum acutum ergo omnia elementa debent calfacere — 5um arg. 1a actio ignis est congregare similia. 2a vero et secundus est disgregare similia sed ob 2am tribuunt igni pyramidem ergo propter 1am igni debent tribuere aliam atque aliam figuram. quinto idus De-
cembri anno a nativitate domini millesimo
quingentesimo octoagesimo octavo —

Superiori lib. proposuit plur. narrans priorum snias de elem.tis et easdem impugnavit nunc
iam hoc ult.o lib. de cælo disputat de elem.tis ipsis sm proprian snam n. quo oriunt
et intereunt sed qua gravia sunt et levia, et obtinent diversos situs hoc aut. i cap.
probat ad phu. natis spectare disputare de gravitate et levitate —

Text. De eo autem etc.) Proponit institutum huius lib. iam antea explicati —

Text. Quoniam etc.) Probat p.o ad phum. natm ptinere agere de gravitate et levitate
ad hunc modum, ad phm. natm ptinet agere de motu sursum et deorsum sed gravitas
et levitas sunt prin. horum motuum ergo etc. 2.o id probat qr oes veteres de gravi
tate et levitate verba fecerunt, quamvis hic motus difficilis sit qr motus a gravitate
distribuitur a propria noie et et a gravitate qd contrario m.o se hit in caliditate frigi-
haec hyp. de levitate exhalationis sic est
illa n. movent p[er] sphaeram aeris quae non est
si nata tamen est ibi quiesceret neque naturaliter
si quis dicat moveri p[er] aerem ultimae
regionis, q[uia] ille aer non naturaliter dispositus
et calefactus imo omnino levis quam sit
naturali dispositione q[uia] licet hoc probabile sit
in aere naturaliter non recte disposito ut forte
in hyeme non tamen in aestate q[uia] tunc aer
haberet levitatem sibi convenientem vel saltem
statim se reduceret ad suam levitatem naturalem
cum nil sit quod id prohiberet —
Ex his probationibus potest dari illa elementum ignis
levitas tanta quanta est in exhalatione
ascendente convenit alicui elemento si enim
potest alteri convenire quam igni vel constituendum est elementum ignis consequentia prob. et
prob. ex 1a hyp. q[uia] si alteri conveniret maxime aeri sed hoc non est dicendum
q[uia] levitas aeris naturaliter quiescit in loco
aeris p[er] 2am hyp. haec autem levitas
naturaliter non quiescit in loco aeris tum etiam
q[uia] haec levitas est maior in virtute quam
levitas aeris q[uia] movet altius quam levitas
aeris existentis in naturali dispositione p[er]
3am hyp. vel quod si quis dicat hanc levitatem non esse alterius elementi sed solum esse
propriam mixti i. exhalationis ascendentis
Est arg. nullum mixtum est gravius vel levius quam sit elementum in illo praedominans
sed hanc non alterao ascendens est quod mixtum

Est

2o prob. unumquodque appetit suum locum naturalem
et tamen possunt eundem locum haec quae sunt
eiusdem non ut ex supra constat sed sic
ignis quo nos utimur appetit locum superiorem, sed non appetit locum caeli, cum caelum
et ignis non sint eiusdem nec speciei caelum
n. circulariter movet ignis vero motu recto
neque ideo appetit locum aeris aut aquae ut
non sint eiusdem speciei vel necessario debet assignari proprius locus igni naturaliter ferat sic
autem solum potest locum elementi ignis inter
caelum et aerem existentis vel —
Ult[im]o prob. q[uia] caliditas siccitas quae in
gradu maximo non conveniunt caelo
aut alicui elemento sed tamen igni —
Contrariam partem probant aliqua auct.
1a est Ar. 1o de mundo ad Alexandrum
loquens de igne videt illum non facere
diversum a suprema aeris regione quam inflammat p[er]petuo ambitu caeli, et 1o meteor.
cap. 4o asserit caelum contiguum esse cum aere
et eodem cap. scribens ordinem elementorum
ut terram et aquam ita ait hoc ante complexus
suo continent alia quae illa sequuntur id est
aer, atque hic quem ob consuetudinem ignem dicimus
neque est ignis etenim maior est quaedam
caloris et quasi fervor etc. et cap. 3
ita ait intra caelestem conversionem corpus calidum ardens quod o igne quod ignem appellamus
quasi dicere improprie ignem appellamus quod
sit aer inflammatus, et cap. 5o et 7o similiter
videtur Ar. de igne loquens ignem facere exhalationem quandam vel aerem inflammatum vel
dat elementum ignis quod non sit collocatum inter
aerem et caelum —
Pro solutione huius arg. est observ. vocem
hanc ignis proprie sumi apud graecos pro
substantia calida quae sit calor in actu —

mordacem et adurentem unde quae sunt calore
aereum mordacem et adurentem vocantur ignea ideo
dicitur prunus morsus, l, ligneus et lapis perijar-
cus, quia ignem mordacem invenit unde res
calidas esse alias lucidas et esplendidas, et
si non habeat calorem mordacem per similitudi-
nem quandam vocamus igneas penuria nomi-
et ita negligendus est Ar. 1° meth cor. cap 4°
ubi ait supra terram et aerem esse aquam et
illi qui ob consuetudinem igneus dicitur neque est
et 2° et de gener. anim. cap. 3° ubi ait ca-
lorem in seminibus et corporibus anim. non esse
ignem neque ab igne etc) idem n. est ac
si diceret genus in seminibus et corporibus
anim. non esse ignis neque ab igne, id est non est
mordax, et aeris autem est ignis et sic aliquis
improprie dicitur ignis, sed proportione Ad
Elementum stellarum id est calor qui est in seminibus
atque ab igne elemento, et aere mixtis est be-
nignus suavis et similis calori qui ab stellis
proficiscitur quasi dicat ignis elementi suavis est
et benignus quare ex dictis testimonijs non
colligitur Ar. existimasse non dari sphaeram
ignis supra aerem —
2° si sumatur huiusmodi elementum huiusmodi
elementum inter aerem et coelum esset nobis im-
pedimentum quominus videremus illa quae
sunt in coelo quia corpus luminosum impedit
quo minus possimus videre illa quae post
illud sunt collocata sed hoc videmus fal-
sum esse Ad dicendum ignem esse in concavo
lunae, neque nobis esse impedimentum ob
suam raritatem licet esset ignis non impedimentum
sit ne videamus quae sunt post ignem hoc non
si accideret ratione materiae crassae et ob summam den-
sitatem huius ignis; 3^m si daretur ignis
in concavo lunae ageret in aerem et in,
alia corpora et ita omnia combureret hoc
est falsum Ad dicendum ignem illo in loco non agere
in alio corpore ita ut omnia calefiat et urat
non quia non posset sed quia praescriptus sit ab
autore naturae terminus decessionis non aliter
atque aqua quae superior est terra non potest in-
vadere totam terram quia constitutus est illi ter-
minus antea propter productionem et conser-
vationem — 2° Ad ignem eo in loco
positum et si habeat maximam vim comburendi
non comburet ob maximam raritatem quam habet est in. te-
nuissimus — 3° Ad ignem aliquando calfa-
cere et incendere proximas partes aeris non tamen
omnia incendi et comburi quia non est debita dis-
tantia tunc quia ob nimiam frigiditatem aliquarum
partium aeris quae resistunt caliditati —
4^m arg. Non sunt plura elementa quam motus
simplices sed motus simplices tantum sunt 3 ex
Ar. 1° de coelo Ad prob. prob. quia quodlibet
elemento debet competere aliquis motus simplex
Ad plures esse motus simplices in specie specia-
lissima quam elementa quia elementis 4or 4or motus
simplices conveniunt in specie specialissima
et ob aliam aliam est motus circularis coeli
Ar. non solum constituit 3es motus simplices
distinguens motus simplices penes speciem sub-
alternam s. a medio penes quod duo sumuntur
s. aer et ignis, et ad medium penes quod
duo sumuntur et elementa s. terra et aqua
circa medium penes quod sumitur corpus
coeleste, et ita ratio nil concludit —
5^m non sunt nisi duae differentiae elementorum ergo non
sunt nisi duo elementa consequentia patet quia
cuilibet speciei elementorum competit sua
differentia specialis aeris prob. Ex Ar. 4°
de coelo ubi statuit 3es solum
differentias elementorum grave s. et leve

Ad grave et leve non esse differentias essentiales sed accidentales 2o respondetur huiusmodi differentias non esse specialissimas et infimas sed intercisas quia grave dividitur in grave simpliciter et grave secundum quid et comparatione eadem ratione leve →

plures 6um arg. praeterea combinationes primarum qualitatum possibiles sunt quam 4or ergo plura sunt elementa quam 4or. ans prob. quia in primis sunt 4or combinationes quas ponit Ar. et deinde est combinatio caliditatis et frigiditatis non in summo sed in tepido, et similiter combinatio caliditatis et siccitatis →

Ad numerum elementorum sumi tantum penes combinationes qualitatum primarum possibiles sub esse excessu

7um arg. quot quot sunt planetae sunt elementa sed planetae sunt plures quam 4or ergo prob. prob. quia quilibet planeta est de natura elementi, ut mars de natura ignis quia calidus est et siccus, Iuppiter de natura aeris quia calidus est et humidus, Saturnus vero de natura terrae quia frigidus et siccus. Respondeo neg. prob. ad prob. vero dicitur quod licet quilibet planeta sit de natura elementi non tamen propterea sequitur quot sunt planetae esse elementa quia plures sunt de natura eiusdem elementi →

Dicitur non contraria sua probabilis est ideo argumenta nostra ipsorum dissolvunt ut sic unusquisque pro libito quamvis voluerit posse deffendi ad 1m Respondetur infirmam esse responsionem Ar. quia quamvis ex combinationibus recte colligatur debere dari aliqua corpora simplicissima quibus illae qualitates conveniant tamen male colligit esse 4or illa corpora quia 4or illae qualitates in 2bus corporibus poterant reperiri ut calor et siccitas in igne, humiditas et frigiditas in aqua atque ita arg. nil concluderet →

Ad 2um non est necessarium ut si det unum contrarium actu in rerum natura alterum existat nam si est sanitas necesse est sit morbus ut patet in post [illegible] [illegible] bene tamen valet si det unum contrariorum repugnans alteri actu necessario debet dari alterum contrarium cui repugnet si non repugnet potentia non est necesse dari quod in scientia et scibile dictum sunt cap. de relatis quare si est det terra summe gravis non est necesse det aer summe levis →

Ad 3um Respondetur tantum probare terram et aquam esse elementa libere tamen asserere dari igneum elementum contrarium aquae ut et aerem calidum esse et humidum quod et Ar. numquam probavit quare 3um arg. Ar. recte concludet aquam et terram esse materiam corporum mixtorum, et debere in mixta quod nos libenter concedimus asserimus tamen solum per misceri siccitatem terrae et humiditatem aquae caliditas vero et frigiditas quae in corporibus mixtis reperiuntur ab stellis fluunt et in ipsis mixtis temperant et conservant ibique augent et minuunt a corporibus coelestibus →

Ad 4um Respondetur solum prob. omnia corpora mixta constare ex 4or qualitatibus temperatis quod nos concedimus, quod non sequitur qualitates 4or fluant a 4or elementis sed erat Ar. probandum ut deinde in sola prima arg. scilicet 4or qualitates in 2bus elementis poterant cohaerere ut calor et siccitas in uno elemento frigiditas et humiditas in alio 2o Respondetur ratione qua responsum fuit 2o argumento →

Ad 3um arg. non probare corpora nostra

forma ex 4or elementis et quoniam ostendat recte terram ex ossibus et aquam ex humoribus et aerem ex spiritibus composui bifariam peccat 1o quia assumit aerem per ingredi et impositionem nostrorum per- tum quod superius iam cum 3a opinione diximus [illegible] diximus aerem non ingredi nostrum corpus spiritum sed est umbiculum coeli influxum et datus ad ventilationem cordium 2o peccat quia colligit dari ignem ex calore, calor enim non est ignis necessario ab igne profectus, sed coelestis fluens a sole et stellis calidis ut 2o de generatione animalium cap. 3o videtur sentire Phi. ad 6um [illegible] falso supponere asserit enim nos inspirare aerem ut congenitus aeri nutriret quod est falsum 1o quia aer non est mixtus in nobis est enim ex[illegible] hanc opinionem et inspiratus a nobis ventilationem requirit ut fuliginosa excrementa expellant et partem caloris temperet frigiditate aeris accepta a coelo praeterea falso assumit corpora viventium calefaciunt addere congenito igni calorem immo calori addunt calorem quia calor congenitus non est ab igne elemento sed ab ipso coelo emanavit ut diximus ad reliqua vero argumenta ex dictis patet solutio. est tamen observandum in hac quaestione dubitari simpliciter an detur ignis certum enim est dari ignem flammam prunam ignem usualem ignem inferni ignem purgatorii sed solum dubitatur de elemento quod ceteri collocant philosophi supra aerem et infra [illegible] lunam [illegible] praeterea observavimus asseruisse nonnullos dari elementum ignis sed hoc includi in terra et in corporibus mixtis et non habere certum locum supra aerem hac tamen sunt falsa est

quia si daret tale corpus simplex illi natura tribuisset certum locum ad quem suapte natura et proprio motu moveretur et in quo naturaliter quiesceret quod tribuit terrae et aliis corporibus

2a quaestio utrum dentur pura elementa

Pro explicatione huius quaestionis est 1o observandum aliquod elementum posse dici purum 2bus modis uno modo substantialiter 2o qualitative purum elementum substantialiter dicitur cui nihil alterius substantiae est permixtum illud vero dicitur purum qualitative quod habet proprias qualitates innatas dispositiones, et praeterea in hac quaestione advertendum 2bus modis posse intelligi elementum aliquod esse purum 1o modo secundum se totum ita ut quaelibet pars elementi sit pura 2o modo non secundum se totum sed secundum aliquam partem ita videtur aliqua pars alicuius elementi quae pura sit

His observatis sit 1a conclusio omne elementum tam secundum partem quam secundum se totum est purum substantialiter probatur quidquid habet simpliciter formam substantialem et materiam est corpus purum substantiale quia tale non habet suam substantiam aliquid admixtum sed unumquodque elementum sit unicam et simplicem formam substantialem et materiam ut patet aqua enim habet unicam formam substantialem terra itidem ergo unumquodque elementum tam secundum se totum quam secundum partem est purum substantialiter

2o probatur aliquod elementum non est purum substantiale maxime est elementum aeris quod vapores sibi admixtos videtur substantialiter sed hoc elementum est pure substantialiter ergo etc. assumptio probatur quia licet vocatur elementum aeris praecise illud quod substantialiter aer, et sic manifestum est quod hoc est purum substantialiter licet aliam infra se

infra se contineat quae non sunt partes eius l, vocatur elementum aeris congregatum ex aere et vaporibus et exhalationibus quae infra aerem includuntur hoc autem non dicitur proprie elementum aeris quia sunt multa simul sumpta et quid aggregatum ex vaporibus et aere etc —

2a concl. nullum elementum totale est purum qualitative hac concl. manifestatur in elemento terrae quia in multis partibus terra est humida ut apparet quia non esset vere si esset qualitative pura propria non illius qualitas non est pura humiditas sed in ea siccitas hoc autem patet de toto elemento aquae et aeris, de elemento vero ignis sic prob. in aliquibus partibus ignis alteratur ab aere quia humiditas aeris per totam spheram ignis similiter inferiorem partem ignis immediatam, l alicubi humectat ignem, et per consequens ignis non erit siccus similiter eius dispositionem naturalem et ideo neque purus qualitative

3a conclusio datur elementum ignis purum qualitative similiter partem hac concl. sic prob. ignis in aliqua parte sua spherae est optime dispositus quia est purus qualitative aeris prob. quia non apparet ratio quare ignis per totam suam spheram sit indispositus in suis propriis qualitatibus —

2o prob. quia sicut in aliqua parte spherae ignis predominatur influentia frigefactiva et humectativa ita in aliqua dominantur calefactiva, et dessicativa sed in huiusmodi parte ignis erit purus etc —

4a concl. datur elementum terrae purum qualitative similiter aliquam partem ut qualis est pars terrae quae est iuxta centrum et aliquo alio in loco quae conclusio et prob. eodem argumento sicut enim in aliqua parte spherae aeris dominantur aliquae influentiae calidi et humidi, ita et in aliqua aliqua parte dominantur influentiae frigidae, et siccae, etc.

Ultima concl. probabile est dari aliquam partem ignis et aquae puram qualitative dico minus probabile est quia non adeo est certum est in aliqua parte aeris, l, aquae aliquam influentiam optimam et dispositionem pro naturali dispositione aeris, l, aquae —

Quaestio 3a Utrum elementa putrescant —

Prima conclusio sit pura et sincera elementa non possunt putrescere prob. ex diffinitione putrefactionis putrefactio fit a calore praeter naturam in humiditate etc corpora quae putrescant debent habere intrinsecum calorem et humiditatem redundantem sed nullum elementum purum ullum carere habet calorem praeter naturam esse humiditatem redundantem etc neque quia sit putrescere affirmatur prob. quia elementa quae elementa sunt nil habent adventicium, 2o prob. putrefactio est corruptio rarum sed elementa non sunt mixta etc —

2a concl. si loquamur de elementis ut existunt omnia praeter ignem et supremam aeris regionem possunt putrescere prob. haec 1o putrefactio fit intrinsecum naturalis caloris humida a calore externo sed omnia elementa et elementa praeter ignem et supremam aeris regionem sunt copiam humiditatis possunt recipere externum calorem quia ignis et aer per motum caeli incalescunt 2o prob. ex fetore quia fetidi sunt putrescunt sed aqua aer et terra fetidae sunt etc putrescunt fetor enim signum est putredinis nam quantus est fetor tanta est putredo

Sed obijciet aliquis Ar. lib. de alim. et iu- ventute qui cotur 4. meteor. inscribitur cap. 1° ait Elem.ta putrescere praeter ignem, et 5.a sectione problemat. dicit ignem et aerem non putrescere quod sibi repugnat. R. Ar. 4° lib. meteor. per ignem intelligere ipsam spheram ignis et supremam aeris regionem in problematibus per aerem intellexisse non tamen spheram aeris sed tantum supremam aeris regionem.

Q.o 4.a Utrum Elem.ta maneant actu in mixtis

Cum in unoquoque Elem.to 3.a reperiantur materia Elementi qualitates propriae et forma substancialis vel essencialis dubium tamen est inter interpretes Ar. utrum post mixtionem factam in unoquoque composito naturali praeter materiam elementorum et 1.as qualitates reperiantur formae substantiales et essentiales Elementorum in qua q.e 1.a sententia Averroes existimantium in unoquoque composito naturali remanere formas Elementorum substantiales et essentiales non in summo et perfecto sed in remisso asserit n. formas substantiales Elementorum intensibiles et remissibiles esse et suscipere magis vel minus, et ad Ar. cap. de substantia asserentis substantiam non suscipere magis et minus R. intelligendum esse de perfecta et propria substantia non autem de imperfecta, et quae medium tenent inter perfectas substantias et accidentia propria, ut perfecta cuiusmodi sunt formae Elementorum. 2.a sententia est Platonis in Tymaeo et Platonicorum omnium (Astri- corum), et Fernelij ambianj 1. lib. de causis rerum; et 2° lib. artis medicae cap. 3° Argentarij in comentarijs in artem parvam Galleni, Vega, et aliorum existimantium in unoquoque composito naturali praeter materiam Elementorum et earumdem qualitates nil aliud remanere praeter formas Elementorum non in esse remisso non n. existimant Elem.ta suscipere magis et minus, sed in perfecto ita tamen ut in unoquoque composito naturali principalis remaneat et composita veluti ancillae formae substantialis totius mixti sint non proprias actiones in ordine ad composita naturalia quibus deserviunt. 3.a sententia est Divi Thomae opusculo 3° de mixtione caeterorum Thomistarum arbitrantium in unoquoque composito praeter materiam et 4.or qualitates Elementorum nil aliud remanere quam formas substantiales Elementorum neque in esse perfecto neque in esse remisso remanere actu sed potentia et virtute quae sententia Fracastoriae est a nobis elligenda est et prob. 1° quia Ar. 1° de ortu cap. 1° et de mixtione ubi asserit Ar. Elem.ta partim manere partim non manere in mixtis, manere n. ait sub potentia et virtute, non manent quia non sunt actu quod Ar. sententia. 2° prob. quia Ar. 2° lib. de partibus anim. esse quod terra aqua aere igne, et deinde paulo inferius ne aliquis existimaret Elem.ta actu ~~esse~~ non esse formaliter remanere in mixtis quasi seipsum corrigens, sic asserit vel, melius dicemus quod virtutibus Elementorum quod Ar. Elem.ta non manent actu et formaliter in mixtis sed solum virtute et potentia. 3° confir. ita si Elem.ta manerent actu in mixtis unumquodque compositum naturale esset ens per accidens, sed hoc est absurd. dicere quod —

artis pra

prop. prob. Illud dr̃ ens per accidens qd componitur ex multis entibus in actu sed si elem^ta manerent actu in mixtis unumquodque compositum nate componeretur actu ex 4or elem^tis quae sunt entia actu ergo etc.

Ex quo aberres formas elementorum asserit manere in unoquoque mixto remissas et refractas quia asserit similiter formas esse intensibiles et remissibiles et medias inter subam et accidens quia sna hoc antequam arg^ta contraria oppositis proponant refellenda erat. i igr sic refellit si formae elementorum essent mediae inter subam et accidens rem^o daret medium inter duo contradictoria hoc non est asser. ergo assumpt prob. propria ratio subae est non esse in subo accidentis non esse in subo sed esse in subo et non esse in subo sunt contradictoria ergo si formae elementorum essent mediae inter subam et accidens rem^o inter contradictoria daret medium —

2o ita refellit medium tm reperitur inter quae sunt eiusdem generis ut Ar. in post cathég. cap. de suba docet sed suba et accidens sunt contradictoria ergo —

Sententiam tn Platonis quam nonnulli putant esse Ar. confr. nostris arg. 1m est mixtio diffinitur ab Ar. 1o de ortu cap. 10 eorumque temperari possunt commutatorum unio. Sed ex Ar. et sm veritatem illa quae commutant servant easdem formas subales ergo elem^ta quae in ipsa mixtione commutant manent et sm easdem formas

Ad ad assumpt. illa quae solum commutant servare easdem formas subales illa non quae commutant, et simul corrumpuntur non servare et retinere easdem formas subales, Elem^ta autem in mixtione non solum alterant sed et corrumpuntur, atque ita in mixtis formae elementorum non remanent qd si aliquis adversus sol. ita insurgat. In proposita diffe mixtionis solum dr commutatorum non autem corruptorum ergo elem^ta in ipsa mixtione solum commutant et non corrumpuntur ergo elem^ta Ad licet Ar. in proposita diffe solum utatur hoc noe commutatorum nihilominus tn subintelligendum est et adhibendum hoc aliud nomen scilicet corruptorum, qd autem hoc ita se habeat prob. quia ex elem^tis mutatis fit unio et debet resultare unum ens per se, qd rem^o fieri non posset si formae elementorum non corrumperentur quia ex multis entibus in actu similiter non sunt formae elementorum non potest fieri unum per se quale mixtum cum toto composito. Itaque in mixtionem miscibilia manent unita non eorum formas quia hae corrumpuntur sm eorum virtutes, Sm illa quae miscentur ex Ar. 1o de ortu et inter. cap. 1o debent per se cohaerere, et hoc propter proprias formas ergo elem^ta quae solum miscentur retinent proprias formas in mixtis —

Ad neg. conseq. quia auctoritas Ar. adducta intelligenda est ita [illegible] quae miscentur ut illa quae miscentur dum miscentur et agunt et patiuntur debent per se existere et obtinere proprias formas subales at non postquam mixta sunt proprias formas admittunt itaque arg. nihil concludit —

3m Elementum ut Ar. docet 3o met. cap. 3 et 2o cap. habet se velut syllaba in oratione, tum et et est mixta mata: sed syllaba est in re actu

rei actu sunt in ea re in qua sunt ergo
Elementa reperiuntur in mixtis secundum proprias
formas → Respondeo Elementa debere ac re-
lati syllabas eo modo quo litterae
componunt quod est materia et syllabis di-
versa tamen ratione nam ex Elementis mixta
componuntur sola potentia 3º Respondeo Elementa
manent in mixtis secundum materiam et secundum virtutem
earum atque ita quod oratio componitur ex
syllabis ita mixtum tamen componitur ex Ele-
mentis id est ex materia Elementorum et vir-
tutibus eorum →

4um arg. Philosophus 5º metaphysicae diffinit Elementa
corpus ex quo res fiunt ita ut in fine
et in quod ultimo resoluuntur ergo ex Philosophi sententia
Elementa actu manent in mixtis et for-
formaliter. Respondeo Elementa actu manere
in mixtis non formaliter quia formae Ele-
mentorum corrumpuntur sed tamen secundum materiam
et eorum virtutes, atque ita illa particu-
la (ita ut sint) referenda est non ad for-
mas Elementorum sed ad materiam et
virtutes eorum → —

5um arg. Philosophus 1º de ortu cap. de mixtione
asserit in mixtione Elementorum neque
alterum ex Elementis corrumpi neque ambo
ergo in mixtis ex Philosophi sententia maneant
formae elementorum —

Respondeo neg. consequentiam quia locus Philosophi sic est in-
telligendus in mixtione neque alterum
ex elementis corrumpitur id est in mixtione
alterum non corrumpitur neque ambo secundum
virtutem quia manent virtutes Elemen-
torum itaque in mixtione Elementa corrum-
puntur secundum formam non vero secundum materiam et eorum
virtutes et quod autem haec interpretatio sit
consona dictis Philosophi constat ex Philosophi paulo
inferius postquam enim asserit in mix-
tione nec alterum ex Elementis corrum-
pi neque ambo subdit quia virtutes
eorum manent ——

Quaestio 5a Utrum Elementa symbola facilius transmutentur quam dissymbola

Asserit Philosophus Elementa symbola facilius
transmutari quam dissymbola quia in Ele-
mentis symbolis una tantum qualitas corrumpi-
tur contrario in dissymbolis vero duae qualitates
corrumpuntur a 2bus contrariis, sed in hanc
sententiam sunt nonnulla arg. Primum est illa
Elementa facilius transmutantur inter quae re-
perit fortior ac robustior actio sed inter
Elementa dissymbola reperitur fortior ac ro-
bustior actio quam in dissymbolis ergo propositio
prob. transitus fit per actionem ergo quanto
fortior ac robustior erit actio tanto cer-
tior et facilior erit transitus et econ-
verso ubi maior et fortior actio reperitur
erit et facilior transitus minor prob. in
Elementis dissymbolis agunt duae qualitates in
symbolis vero solum una qualitas sed fortius
ac robustius agunt duae qualitates quam una
ergo etc. 2um arg. Illa Elementa faci-
lius transmutantur inter quae reperitur ma-
xima contrarietas sed inter Elementa
dissymbola reperitur maior contrarietas
quam inter symbola ergo propositio ita prob.
In Elementis ubi reperitur maior contrarietas
reperitur fortior actio, actio enim fit ratione con-
trarietatis, sed hac Elementa in quibus re-
perit fortior actio facilius transmutantur
ut patet ex superiori argumento ergo a 1º ad ultimum
Illa Elementa inter quae reperitur maior contra-
rietas

contrarietas facilius transmutantur assumpto itidem sic prob. quia in elementis discymbolis duae qualitates contrariantur in symbolis vero una tantum qualitas ergo maior contrarietas reperitur inter elementa discymbola quam symbola —

3um arg. Experimur aquam facilius transmutari in ignem quam terram sed aqua et ignis sunt elementa discymbola terra vero et ignis symbola ergo elementa discymbola facilius transmutantur propositio prob. quia si aliqua porcio aquae projeciatur in ignem statim conuertitur, et longo tempore durat etc. 4um arg. Elementa quae agunt sola actione caliditatis et frigiditatis facilius transmutantur quam illa quae sola actione siccitatis et humiditatis, sed elementa symbola agunt sola actione siccitatis et frigiditatis v.g. ignis et aer, discymbola vero agunt actione caliditatis et frigiditatis propositio prob. quia actio siccitatis, et humiditatis tardior est quam actio frigiditatis et caliditatis caliditas enim et frigiditas sunt maxime activae et minus resistivae humiditas vero et siccitas contrario modo se habent —

5um arg. Quoniam in elementis symbolis una qualitas agit unam solum patitur ita et et in elementis discymbolis duae qualitates agunt et duae patiuntur ergo aeque facile et cito elementa discymbola transmutantur atque elementa symbola consequentia prob. quia quae proporcio est unius ad unum eadem est duorum ad duo. huic quaestioni antiquam satisfaciant observant varijs modis unum elementum posse facilius transmutari in aliud 1o unum elementum dicitur facilius transmutari in aliud quoad potentiam activam tantum 2o quoad potentiam resistivam. 3o quoad utramque potentiam s. activam et resistivam 4o ratione primarum qualitatum s. caliditatis et frigiditatis. 5o ratione 2arum qualitatum s. durities mollicies raritas et densitas — 2o loco observant quod 4 primis qualitatibus caliditatem et frigiditatem esse maxime activas et minus resistivas siccitatem vero et ~~frigiditatem~~ humiditatem esse quam maxime resistivas, et minime activas. Quibus observatis statuunt has conclusiones. 1a quoad potentiam activam elementa discymbola facilius transmutantur quam symbola, prob. illa elementa dicuntur facilius transmutari quoad potentiam activam inter quae reperitur fortior actio et robustior, sed inter elementa discymbola reperitur fortior ac robustior actio ut patet. 2a concl. Elementa symbola quoad potentiam resistivam facilius transmutantur quam discymbola. prob. illa elementa dicuntur facilius transmutari quoad potentiam resistivam quae minus resistunt sed elementa symbola minus resistunt quia in elementis symbolis sola resistit una qualitas in discymbolis vero duae qualitates ergo —

3a concl. aeque facile et cito elementa symbola atque discymbola transmutantur si considerentur praecise quoad potentiam activam et resistivam prob. quia in unoquoque sic composito i. elemento uno resistit una qualitas activa, et alia resistiva atque ita ratione potentiae activae et resistivae sunt paria et aequalia ergo tam elementa symbola quam discymbola aeque facile transmutantur ratione potentiae activae et resistivae 4a conclus. si attendamus ad qualitates illa elementa quae agunt sola actione caliditatis

+

actione caliditatis et frigiditatis facilius
et citius transmutant quam illa quae agunt
sola actione humiditatis et siccitatis prob.
quia caliditas et frigiditas sunt maxime acti-
vae et minus resistivae humiditas vero et
siccitas sunt maxime resistivae et minus
activae ergo tardior erit actio humiditatis et
siccitatis quam caliditatis et frigiditatis
et per consequens elementa quae agunt sola actione
caliditatis et frigiditatis facilius transmu-
tant —
5a concl. si spectemus 2as qualitates, ignis et
terra difficile transmutant prob. quia
difficillimum est ignem converti in tantam
densitatem quanta est densitas terrae
et terram in tantam raritatem obtinere
quanta sit ignis ergo ignis et terra diffi-
cile transmutant —
6a concl. si spectemus huiusmodi qualitates
2as in universum elementa rara et faci-
liter divisibilia facilius ad invicem
transmutant prob. primo quia in his
virtus resistiva est magis dispersa et
ideo minus resistit ergo elementa rara et
faciliter divisibilia facilius ad invicem
transmutant — 2o prob. in his elementis
agens praedominans passo statim potest ipsum
dividere et per divisionem debilitari et per
consequens citius in sui naturam conver-
tere ergo elementa rara et faciliter di-
visibilia citius et facilius ad invicem
transmutant quam divisibilia —
7a concl. elementa symbola facilius
transmutant ad invicem quam disym-
bola ad hunc sensum quia s. transmu-
tatione elementorum symbolorum
pauciora corrumpunt a propriis con-
trariis, itaque facilior est transitus in
elementis symbolis per paucitatem
eorum quae a propriis contrariis corrumpunt
et in hoc sensu videtur Ar. asserere
elementa symbola facilius transmutari
quia s. in transmutatione elementorum

symbolorum una qualitas corrumpitur ubi quod
intelligendum est a contrario in trans-
mutatione vero disymboli duae qualitates
corrumpunt a propriis contrariis et
tamen motus contrarius est quia non ergo,
quod in transmutatione elementorum
symbolorum pauciora corrumpant
a contrariis sequitur faciliorem esse tran-
situm in elementis symbolis illa
s. dicuntur facilius et citius transmuta-
ri quae minori tempore transmutant
Haec sunt quae circa asserta propo-
nunt et licet ab Ar. rei ita se habe-
ant non tamen per conclusionibus posi-
tis manifestum relinquit quod elementa
absolute loquendo facilius et citius
transmutent atque ita ut huic du-
bio satisfaciamus observandum est primo et
videndum quot et quae sint conditio-
nes requisitae ad ipsam transmutationem
elementorum ~~sunt~~ sunt huiusmodi 1a
potentia activa 2a potentia resistiva
3a actio et passio primarum qua-
litatum: Iam explicandum est
quae conditiones ex his propositiones
et maiorem habeant vim in unoquo-
que composito, in uno elemento. Inpri-
mis in elementis symbolis prima conditio
minus viget in disymbolis vero magis
sunt s. in elementis disymbolis duae
potentiae activae agunt s. ambae qualitates
v.g. in transmutatione ignis in
aquam agunt in unoquoque elemento
duae qualitates caliditas s. et siccitas
in igne, in aqua vero frigiditas et
humiditas in symbolis vero tamen agit
una qualitas v.g. in transmutatione
ignis in aerem tamen agit siccitas
ignis ~~et frigiditas~~ aeris humiditas
Deinde 2a conditio s. potentia resis-
tiva magis et viget in disymbolis
quam in symbolis quia in disymbolis

resistunt duae qualitates in symbolis vero tantum una qualitas Deinde 3a conditio in aliquibus Elementis viget minus v.g. in igne et aere quia minus fortis est et robustior actio humiditatis et siccitatis quae reperiuntur in transmutatione ignis in aerem quam actio caliditatis et frigiditatis cum est et in ipsa aqua et terra minus fortis est eadem actio siccitatis et humiditatis in aliquibus vero symbolis reperitur huiusmodi conditio propter qualitates quae in transmutatione aeris in aquam reperitur actio caliditatis et frigiditatis quae robustior est et fortis in omnibus vero dissymbolis huiusmodi conditio magis viget quia in his reperitur actio non solum humiditatis et siccitatis sed et frigiditatis et caliditatis in igne aqua aere, et terra. [illegible] conditio raritas .s. l, densitas viget magis in Elementis symbolis quia rariora sunt ignis et aer quam ignis et aqua et rarior aer et aqua quam aer et terra in aliquibus et symbolis Elementa sunt omnino diversa ex his qualitatibus v.g. in igne et terra tum et in aere et aqua aliquo vero reperitur diversitas in his qualitatibus aer .n. raritatem habet aqua vero densitatem — Ex his colligimus in igne et aere reperiri minorem potentiam activam et minorem resistentiam tum et in huiusmodi actione quae reperitur inter ignem et aerem esse minus robustiorem, et ignem et aerem convenire magis in raritate, itaque ex parte 2arum qualitatum facile transmutabitur ignis in aerem l, econtra

ex parte vero actionis primarum qualitatum difficile transmutabitur quia actio est fortior ex parte resistentiae facile transmutabitur quia solum una qualitas resistit, Ex parte potentiae activae difficile quia una tantum qualitas agit et non duae itaque duae reperiuntur conditiones quae facile faciunt transitum inter aerem ignem duae autem quae difficilem faciunt Si vero accipiamus Elementum ignis et aquam ex parte resistentiae activae erit facilior transitus quia duae qualitates agunt ex parte resistentiae difficiles quia duae qualitates resistunt ex parte actionis primarum qualitatum faciles quia agunt caliditas et frigiditas quae sunt magis activae ex parte vero 2arum qualitatum difficilius quam aer et ignis quia magis conveniunt ignis et aer in raritate quam ignis et aqua itaque duae sunt conditiones quae facilitant transitum ignis et aquae et econtra duae conditiones quae difficilem reddunt huiusmodi transitum Ex his itaque colligimus aquae facilem reperiri transitum si spectemus huiusmodi conditiones in aliquibus vero symbolis atque dissymbolis quare aliter puto progrediendum esse in ex parte huius difficultatis probabilius .n. mihi videtur illa Elementa facilius transmutari quae viciniora sunt ita ut aer facilius convertatur in ignem quam alia Elementa et aquam facilius in aerem quam terra et terram facilius in aquam quam ignis, Deinde aqua facilius convertitur in terram quam reliqua Elementa aer facilius in aquam quam elementum ignis quae sententia probatur ita terra Elementata ut convertatur in naturam igneam prius debet transmutari in aeream et aqueam et tunc convertitur in terram ut patet

et habet ex ipsa alchimia ignis n. aliquibus suis viribus initiat aerem convertere in suam naturam per subtiliationem suae propriae substae et postea n.a aeris conversa in naturam ignis subtiliat aquam, et haec aqua conversa in naturam aeris rarificat terram, et facit conversam in suam substam et naturam per subtilitionem suae crassae substae et econtra terra omnibus suis viribus comprimit aerem et convertit eum suam propriam naturam aquae et aer se ad naturam aquae convertens per spissationem condensat ignem et facit eum converti in aerem per suae subtilitatis ingrossationem itaque gradu terra per suum contrarium erit subtiliata vertit in suam naturam aquae ob suam naturam s. frigiditatem quae participat inter siccitatem et humiditatem, et quo aqua illa plus subtiliatur per ignem in naturam aeris convertit, et quo aer ille plus subtiliatur vertit in naturam ignis et per retrogressionem gradu naturam ignis plus ingrossat convertit in naturam aeris humidi; et tum e ignis tamen de calore suo perdit quantum humiditas sibi potest contrariari per debilitationem suae ingrossationis et quanto haec naturam melius condensat per spissationem tanto melius in aquae naturam convertit per suam condensationem mortificabit maiorem partem caloris et perdet magnam partem humoris, et per indurationis approximationem naturam aeris ad qualitates terrestres et gradu haec aqua magis spissat tunc convertit in naturam terream ob suam frigiditatem immittit partem humoris paulatimque progrediens convertit in siccitatem [illegible] 2o prob. nullus transitus potest fieri ab uno extremo ad aliud nisi prius transeat per media familiaria et germana ergo elementa extrema non poterunt ad invicem transmutari quin prius transmutentur in elementum medium et ita terra non poterit transmutari in ignem quin prius transmutetur in aquam et aerem

quae media sunt et ex conseq. elementa contraria facilius et citius transmutantur haec sunt quae ab scriptoribus proponuntur unusquisque quam voluerit et suam poterit defendere: atque non in prio proposita soluta manent. Si 1am l. 2am opinionem amplectamur 1a n. et 2am probent 1am conclusionem 3am et 4am 5am 3am sed ultimam suam tueamur ad 1um resp. est in elementis symbolis agere duas qualitates unam per se aliam per accidens v.g. ignis non solum agit in aerem siccitate sed et ~~frigiditate~~ caliditate quia caliditas naturanda per se humiditas ab aere adiuvat siccitatem et sic agit in aerem ex accidenti 2o resp. non esse quod plures agant et frustrant actionem esse robustiorem sed in actio plurificat et ex eo erunt plures actiones non tamen propterea robustior erit actio, l. Dico 3o in eodem gradu actionis et n.o duas qualitates quae agunt in elementis dissymbolis non agunt in eodem gradu actionis sed diverso ut patet; ad 2um Dico eadem rone ad 3um non esse contra guttam aquae statim atque ~~coniectam~~ igni immittit transmutari in ignem imo fugit et convertit in vapores, et ad id ut ignem convertat debet prius transmutari in aerem ad 4um Dico neg. prop. ad prob. n.o Dico quod quamvis tardior sit actio in aliquibus elementis symbolis ex parte siccitatis et humiditatis, et tamen facilior est parte raritatis in igne et aere ad ultimum Dico quod nos non affirmamus omnia symbola facilius transmutari [illegible] sed tamen [illegible] quae viciniora sunt

Tractatum tm sisit 4or
qualitatis

Pro huius complexione obser: qualitates

qualitates esse in duplici differentia, aliae n. sunt
sensibiles quae s. primo percipiunt sensu
ut caliditas frigiditas, odor sapor: aliae
non sensiles ut qualitates spirituales quae non
percipiunt sensu aliquo primo et per se
2° est obser. qualitates sensiles alias esse mag-
nobiles incorruptibiles ut sunt
lux motus figura corporum coeles.
alias vero corruptibiles ut lux horum infer.
ut calor lux caliditas etc —
3° est obser. qualitates generabiles aliasque
quae generant sine actione contrarie-
tatis per se concurrentes sed solo mo-
tu ut sonus fig.a: alias quae generant
mediante actione contrarietatis per se
concurrentis ut odor, sapor calor —
4° est obser. qualitates sensiles alias esse acti-
vas actione corrumpente ut caliditas
frigiditas etc, alias activas non aliqua
actione corrumpente ut sapor odor sonus
et alia huiusmodi unde sive calor et
odor agant multiplicando suam speciem
in medium cum organum sensibus non
tamen agunt corruptione quia ibi nil
possunt corrumpere —
5° est obser. qualitates sensiles aliasque esse
tangibiles quae s. sensu tactu perci-
piunt ut caliditas frigiditas alias
esse quas sensu tactus non percipiunt
sed alias sensus ut color visus percipit
6° est obs. huiusmodi qualitates s. caliditatem et frigiditatem
posse comparari vel in ordine ad aliasque qualitates
existentes in ipsis elementis ut in ordine
ad gravitatem et levitatem raritatem et den-
sitatem, vel in ordine ad alias qualitates quas
in mixtis reperiunt vel tandem in ordine
ad qualitates coelestes ut ad figuram et lucem
corporum coelestium —
7° est obser. huiusmodi qualitates existentes in or-
dine ad alias qualitates existentes in
eisdem elementis posse dupliciter con-
siderari vel in ordine ad elementa quae
talia sunt vel in ordine ad elementa quat-
enus ad mixtionem concurrunt et mu-
tuo agunt et patiunt —
Quibus obser. sit 1a concl. huiusmodi
qualitates non sunt priores tempore aliis qualitatibus
existentibus in corporibus coelestibus prob.
quia qualitates illae corporum coelestium fuerunt
simul cum corporibus coelestibus et consequenter
sunt aeternae ex sua str. ergo huiusmodi 4or qualitates
non erunt priores tempore aliis —
2a concl. quia secundum fidem cathol. probabi-
liter credendum est corpora coelestia elementa
et alia simul tempore fuisse creata ergo qualitates
horum omnium corporum erunt et simul tempore
et consequenter hae 4or qualitates non erunt priores
tempore aliis —
2a concl. hae 4or qualitates sunt priores tempore
aliis qualitatibus aliorum mixtorum non omnium
sed aliquorum. Haec concl. manifesta est quia
in primis aliqua mixta corpora creata
fuerunt simul cum ipsis elementis tamen
et multa non sunt simul creata cum
ipsis elementis ut patet. ergo huiusmodi
qualitates sunt priores tempore aliis qualitatibus sen-
sibilibus absolute et simpliciter loquendo
3a concl. si elementa considerent ut concur-
runt ad mixtionem mutuo agunt et patiunt
huiusmodi 4or qualitates dici 1ae aliis existen-
tibus in ipsis elementis huiusmodi .n. raro
2ae qualitates dici; haec concl. prob. elementa
1° et per se concurrunt ad mixtionem agunt
et patiunt actione et passione harum
4or qualitatum 2ario vero actione aliarum
qualitatum si forte aliquid agant ut
actione raritatis et densitatis — ergo —
4a conclusio. si elementa considerent
absolute et simpliciter qua talia res
sunt hae 4or qualitates dici 1ae et aliae 2ae

it alia 2a haec concl. ita prob. qui causa saltem non est perfectione inferior suo effectu sed hae 4or qualitates sunt causae aliarum omnium quae reperiuntur in elementis ergo prob. assumpt. quia in igne caliditas et siccitas causant levitatem et raritatem aeris, et sic in aliis elementis ergo —

5a concl. maxime probabile est asserere huiusmodi qualitates non esse priores aliis s. gravitate et levitate raritate et densitate existentibus in eisdem elementis haec conclusio ita prob. quia maxime probabile est asserere ~~huiusmodi qualitates non esse priores aliis s.~~ gravitatem et levitatem raritatem, et densitatem profluere immediate a propriis naturis et essentiis elementorum ut raritatem et levitatem in igne profluere immediate non a caliditate et siccitate sed a natura ipsius ignis quemadmodum ipsa caliditas et siccitas, et sic in aliis elementis ergo haec concl. sequitur hoc consectarium s. non esse has 4or qualitates primas ut patet —

6a concl. huiusmodi qualitates sunt causae aliarum omnium qualitatum sensibilium existentium in mixtis v.g. odoris saporis, haec concl. prob. quia ex mutua actione et passione harum qualitatum generantur et fiunt aliae qualitates ut sapor densitas etc —

7a concl. huiusmodi 4or qualitates dici primae quia natura generis sunt causae aliarum qualitatum 4or et non e converso aliae non dici primae quia sunt effectus harum 4or qualitatum sed in hanc sententiam est 1um arg. frigiditas non est qualitas prima ergo ans prob. frigiditas est imperfectior caliditate et caliditas perfectior frigiditate sed omne perfectius est prius imperfecto ergo caliditas et erit prior frigiditate, et frigiditas posterior. Dices argumentum solum probare caliditatem esse priorem perfectione frigiditate id est esse perfectiorem qualitatem nos autem statuimus frigiditatem 1am qualitatem quia est causa aliorum qualitatum et nullius qualitatis effectus nam nec caliditas causa est frigiditatis — 2um arg. frigiditas est privatio caliditatis non habitus sed omnis habitus est prior privatione ergo Dices frigiditatem non esse veram privationem caliditatis cum sit quid positivum sed appellari communiter privationem quia est imperfectior caliditate, id nam quod imperfectius est communiter dicitur privatio et id quod perfectius est habitus —. 3um arg. caliditas non est qualitas ergo ans prob. caliditas sequitur raritatem in natura ergo est qualitas 2a, ans prob. motus calefacit et generat caliditatem distrahendo et ex consequenti rarefaciendo ergo caliditas sequitur raritatem in natura — Dices generatione naturae caliditatem producere semper raritatem ordine naturae productam et ita raritas dicitur respectu talis caliditatis qualitas 1a generatione tamen quodammodo violenta quandoque raritatem producere caliditatem ut sic motus calfacit distrahendo partes aeris vel aliorum 4um arg. humiditas et siccitas non sunt qualitates primae quia sunt aliae priores in ipsis elementis ergo ans prob. humiditas et siccitas sunt qualitates passivae caliditas vero et frigiditas activae ut docet Arist. et communiter refertur sed qualitates activae sunt priores passivis sicut agens prius passo

Dices

Ad humiditatem et siccitatem reuoco qualitates actiuas quam caliditas et frigiditas ab his et contra dico modo passiua quia magis apparet in illis motus remissa quae tenet se ex parte passiua quam motus actiua quae tenet se ex parte agentis. Itaque 4or primae qualitates erunt simul actiuae et passiuae caliditas tamen et frigiditas magis actiuae quia in illis magis apparet motus actiua et humiditas et frigiditas magis passiuae quia in illis magis apparet motus remissa

5um arg. caliditas est causa siccitatis quia dessicat, frigiditas uero et humiditas quia humectat ergo tam siccitas et humiditas non erunt qualitates primae cum ab aliis generentur — Ad caliditatem euaporando partes humidas est causa siccitatis non per se sed per accidens, et eodem modo frigiditatem esse causam humiditatis et itaque sequitur non esse primas cum per se ab aliis primis non generentur — 6um arg.

Nulla est qualitas prima ergo assumptio probatur quaelibet qualitas sensibilis istorum inferiorum et alia priora scilicet quae praesupponit in materia ergo Ad quintum arg. nil probare contra nostram sententiam quia qualitas prima non dicitur ex eo quod causam non praecedat aliam in ipsa materia sed ex eo quod natura generatione ipsa sit causa aliorum et non econuerso —

Quaestio 3a Utrum omnes qualitates sensibiles conueniant Elementis

In hac quaestione sit prima conclusio: qualitates sensibiles quae proprie tactu sensus percipiuntur, elementis conueniunt. Haec conclusio manifesta est et probatur quia qualitates sensibiles quae proprie tactu sensus percipiuntur 4or sunt primae qualitates scilicet caliditas frigiditas, humiditas, siccitas; sed hae conueniunt elementis ut patet ergo — 2a conclusio grauitas et leuitas, raritas et densitas durum et molle quae etiam sunt qualitates tactiles conueniunt elementis. Haec etiam manifesta est et probatur inductione quia grauitas conuenit 2bus elementis terrae et aquae et leuitas aliis 2bus praeterea densitas terrae et aquae conuenit raritas uero igni et aeri durum itidem conuenit terrae existenti in sua naturali dispositione, et molle itidem terrae quae est extra suam naturalem dispositionem unde proprie tamen terra dicitur mollis quia mollis dicitur quod facile cedit premienti non circumstando ut constat ex 4o meteororum. Itaque si aliqua elementa facile cedant premienti tamen e conuerso circumstat ut patet de aqua quae licet cedat manui tamen conuerso circumstat manum —

3a conclusio aliae qualitates sensibiles quae sensu percipiuntur aliis sensibus ut sapores colores odores non conueniunt elementis existentibus in sua naturali dispositione. Haec conclusio patet. Huiusmodi qualitates sequuntur commixtionem qualitatum primarum sed huiusmodi commixtio repugnat elementis existentibus in sua naturali dispositione quia tunc unumquodque elementum non haberet suam qualitatem in summo ergo propositio probatur. Experimur quod quanto aliquid est propinquius puro elemento tanto minus est de his qualitatibus ut quanto aqua est purior tanto minus sapida, et ita

et ita dicimus de aqua maris quae est magis commixta et magis sapida quam alia
2° confir. quia experimur quod ex alia atque alia proportione qualitatum primarum ad invicem transmutant colores sapores odores in mixtis sed hoc non posset esse nisi huiusmodi qualitates consequerentur commixtionem qualitatum primarum ergo
2um Sed contra hanc sententiam est 1 arg. Si elementis convenirent hae qualitates terra non esset visibilis quia nil videri potest nisi sub ratione coloris vel lucis sed hoc est falsum quia terra est densa et non diaphana ergo asserendum est elementis convenire huiusmodi qualitates Respondetur terram existentem in sua naturali dispositione non esse visibilem per se et proprie scilicet colore vel luce quamvis sit densa videri tamen a nobis per radiorum reflexionem lucis sicut speculum et ideo apparere coloratam nisi tamen terra accipiatur extra naturalem dispositionem ut modo est quia commixta et elementarea habent aliquem colorem et ita poterit per se videri
2um arg. Aristoteles lib. de sensu et sensibili omnia corpora colori participari sed elementa in existentia in sua naturali dispositione sunt corpora ergo erunt colorata
Respondetur ad Aristotelem omnia corpora videri vel colorata vel per se vel per reflexionem et ita elementa existentia in sua naturali dispositione erunt colorata per reflexionem vel 2° Respondetur omnia elementa esse colorata tam mixta quam elementa prout modo sunt quia supponit Aristoteles elementa modo non esse in sua naturali dispositione
3um arg. Aristoteles lib. de sensu attribuit elementis colores Respondetur eadem solutione
Quod in hac quaestione inquirimus est an in aqua v. g. praeter frigiditatem actualem sit collocanda alia frigiditas virtualis et natis elementis de qua re sunt duo plurium opiniones 1a est quorundam existimantium in elementis praeter qualitates actuales ponendas esse qualitates quasdam virtuales insensibiles et destinctas ab actualibus et formis substantialibus movent autem ad hanc sententiam ob duas causas 1a aqua calida aliter non posset seipsam reducere ad actualem frigiditatem cuius contrarium experimur non enim apparet aquo alio posset reduci nisi a tali frigiditate virtualiter forma enim substantialis aquae hoc praestare non potest sine instrumento. 2a causa quia aliter non apparet aquo alio corrumperetur caliditas in aqua calefacta remoto calefaciente; pro explicatione huius sententiae est obser: duas qualitates actuales in uno elemento reperiri ut in terra frigiditatem et siccitatem virtualem in qua frigiditatem et humiditatem et sic consequenter in aliis — 2o est obser. huiusmodi qualitates non posse intendi neque remitti quia si in aqua quae calefit remitteretur huiusmodi frigiditas virtualis iam ipsa non plus sufficeret ad reducendam aquam in frigiditatem actualem quam frigiditas actualis quia proporcionabiliter una esset remissa sicut et alia hoc autem est contra authores huius opinionis — 3o observant has qualitates generari per modum sequellae ad generationem formae substantialis in unoquoque elemento et corrumpi per modum sequellae ad corruptionem formae substantialis 4o obser. huiusmodi qualitates actuales principaliter agere in materiam cui insunt conservando in illa qualitates actuales convenientes formae substantiali aquae enim calefacta non refrigeratur per suas qualitates actuales aliquam materiam exteriorem. 2a opinio est aliorum asserentium in nullo elemento praeter qualitates actuales collocandas esse virtuales destinctas ab actualibus. —

Quibus positis sit 1a conclusio. In elementis praeter qualitates actuales non sunt

non sunt collocandae virtuales haec concl° prob. 1° si hae qualitates in elementis reperirentur hoc ex
eo esset ut s. aqua calida remoto calefaciente posset se redducere ad actualem frigiditatem
sed ob hanc causam non est necesse huiusmodi qualitates statuere ergo propositio. Minor assumpti prob.
vinum calefactum remoto calefaciente redducit se ad frigiditatem maiorem quam sit
frigiditas medii ad vinum hoc non praestat ob frigiditatem actualem quia talem non
habet ergo neque aqua et ex consequenti in aqua non est collocanda talis frigiditas ad hoc ut
se redducat de caliditate ad frigiditatem. Propositio ex terminis patet, assumptum ita prob. quia si
vinum haberet huiusmodi caliditatem non deberet plus calfacere corpus humanum quam fri-
gidare sed hoc est falsum ergo tum 1° quia vel non haberet summam frigiditatem virtualiter vel remissam
secundum ex his ergo assertum prob. nam 1° quia sic redduceret se ad tantam frigiditatem
actualem sicut aqua non ~~[illegible]~~ 2m quia sic talis qualitas virtualis intenderetur vel remitteretur
quod est contra illorum sententiam ergo etc. → 2° prob. si homo calefactus se redduceret
ad frigiditatem actualem sibi convenientem per frigiditatem virtualem quae est in illo relicta
ex elementis vel igitur talis frigiditas esset summa vel remissa sed non remissa quia sequeretur
non qualitates virtuales elementorum intendi et remitti neque summa quia sic homo infrigi-
datus non posset se redducere ad caliditatem sibi convenientem quia summa frigiditas virtua-
lis quae est in illo tamen servaret illam frigiditatem sicut caliditas eius virtualis sufficit tam
remittere sed contrarium experimur ergo etc. → 3° prob. quidquid praestat talis frigiditas
virtualis potest praestare frigiditas actualis remissa adiuncta formae substantiali aquae ergo etc.

2a concl. si in mixtis collocandae sunt qualitates virtuales distinctae ab actualibus haec concl.
patet in lib. physico et aliis quae sunt actualiter frigida et sunt qualitates caliditate s.
virtualem calfaciunt n. corpus humanum → 3a concl. huiusmodi qualitates quae in mixtis re-
periuntur ~~[illegible]~~ magis et minus et haec concl. prob. ex terminis quia vinum quod debilius est
tota caliditas sua virtualis est debilior → 4a concl° huiusmodi qualitates virtuales sunt
qualitates 2ae quae non proveniunt praecise ex elementis sed ex certo modo mixtionis, sequuntur n.
tota in proportione 1arum qualitatum haec concl. ex dictis patet quia non reperiuntur in elementis
ut patet ex 1a concl.e et reperiuntur in mixtis ut patet ex 2a quod confiteri non potest
nisi concl° proposita sit vera → Sed contra 1am concl. est 1um arg. In mixtis re-
periuntur qualitates virtuales ergo in elementis consequentia patet quia qualitates mixtorum gene-
rantur ex qualitatibus elementorum et quaelibet qualitates activae reperiuntur in mixtis,
prius debent reperiri in elementis. Resp. neg. consequentiam quia hae qualitates virtuales
quae reperiuntur in mixtis praesupponunt mixtionem et debitam proportionem earum
et ita non possunt elementis convenire 2° in aqua calefacta remoto cale-
faciente generatur frigiditas sed non potest assignari quo generetur nisi a virtuali frigiditate
ergo assertum prob. quia regeneraretur vel a frigiditate actuali remissa caliditate adhuc in
aqua remanente, vel a forma substantiali immediate, vel a forma substantiali mediante frigiditate

frigiditate virtuali n. 1° et 2° n° &c. Ultra proportio habet a sufficiente divisione asser. prob. quia in formis non generat a frigiditate actuali quia huiusmodi frigiditas est magis remissa quam caliditas, et per consequens sicuti corrumperet a caliditate quam corrumpat caliditatem. Deinde non neque generat a sola forma substantiali immediate quia forma substantialis non agit sine instrumento aqua. n. non frigefaceret lignum sine frigiditate &c. etc. Dx. frigiditatem in aqua calida generari a frigiditate remissa adiuncta forma substantiali et a frigiditate externa circumstante. Haec n. maioris virtutis sunt quam sit caliditas quia in talia aqua reperitur. 3um. Si in aqua calefacta non reperiret frigiditas virtualis sequeretur aliquid corrumpi et a nullo corrumpi, sed hoc est falsum &c. etc. Prosp. probat quia caliditas existens in aqua remoto calefaciente corrumpitur et non apparet a quo corrumpatur quia non a forma substantiali cum non sit illi contraria neque a frigiditate actuali, quia illi non sufficit corrumpere caliditatem ita intensam &c. Sol. huius arg. ex superiori patet tum etiam forma aquae virtualiter contrariatur caliditati sicut lumen frigiditati. 2° Dx. a nonnullis non esse inconveniens aliquid corrumpi et a nullo effective corrumpi, ut scientia in anima soli intellectuali quae corrumpitur ob defectum conservantis —

4um arg. Si in aqua non esset frigiditas virtualis sequeretur aquam stare posse cum maiori caliditate quam frigiditate et per consequens cum maioribus qualitatibus disconvenientibus quam convenientibus. Sed hoc est omnino falsum quia opponitur rationi naturae stare semper cum qualitatibus potioribus sibi convenientibus quam disconvenientibus &c. etc. — Prosp. prob. quia aqua calidissima habet maiorem calorem actualem quam frigiditatem, ut sensu experimur &c. etc. —

Dx. non esse inconveniens aquam stare cum maiori caliditate quam frigiditate dum tamen eius humiditas sit intensa consideret et aquam stare posset cum qualitatibus quae magis intendunt ad eius corruptionem quam conservationem. Sic n. est in omni corruptione aquae antequam aqua corrumpatur —

Q.^{10} 19^{a} Utrum frigiditas sit qualitas

De hac re duplex est philosophorum sententia. 1a est Platonis, Marsilii Ficini et aliorum existimantium frigiditatem non esse qualitatem positivam sed esse privationem caloris nam quod quae minus calida sunt dicuntur frigida ita quae omnino non calefaciunt dicuntur simpliciter frigida. 2a opinio est aliorum philosophorum existimantium frigiditatem esse qualitatem realem et vere positivam quae sententia est vera et confirmatur his arg. 1um est. Quod alterat sensum actu qualitas est positiva et non privativa sed frigiditas actu alterat sensum tactus &c. 2um quod aliquid auget est res positiva sed frigiditas huiusmodi quia congregat similia indurat, multas res congelat aquam vapores condensat a frigiditate et fit nix grando temperat et calorem ut apparet in respirationem &c. 3um arg. Calor temperatur et miscetur cum suo contrario s. frigiditate sed calor qualitas est positiva ex com. omnium sententia &c. et frigiditas aquae alterat calidum debet esse res positiva — 4um. Contraria primantia et adversa distinguuntur quia ex privationibus solum habetus est res positiva ex adversis vero ambae sunt res positivae

positiva, sed calor et frigiditas sunt contraria adversa quia ultro quam agunt remiscent ac temperant ergo frigiditas qualitas erit positiva. Est contra sane primum
arg. Ar. 2 de ortu et 4 meth cor. et alijs in locis privationem vocat pri-
vationem et absentiam caloris ergo R. neg. conseq. quia convenit Ar. ibi obi-
ter tractare rem et sequi vulgarem modum loquendi et ita locis citatis ita
praestitit — 2o R. quae minus perfecta sunt comparari cum magis perfectis
appellari privationem atque ita quia in omnibus qualitatibus passibiles calor qui vehementius
ad agendum vocatur habitus et eius contraria qualitas s. frigiditas dicitur ab Ar. pri-
vatio et imperfectio itaque frigiditas dicitur privatio non quod vere sit privatio id est
quid positivum sed quia est quid imperfectum respectu caliditatis —

Q.o 20 Utrum aqua congelata sit in sua naturali dispositione

In primis asserit aquam puram et in sua naturali dispositione existentem esse conge-
latam sic arg. primum est id quod est causa congelationis debet esse congelatum
sed in aqua est maxima causa congelationis ergo prob. prob. quia magnitudo effectus
sequitur magnitudinem suae causae in agentibus naturalibus ass.o prob. quia in
aqua est maxima frigiditas quae est maxima causa congelationis ergo —
2m frigiditas maxime congelat ergo aqua in sua naturali dispositione existens
debet esse congelata cum habeat summam frigiditatem ans prob. experimur
in glaciei frigore esse aquam non congelata quae non esset nisi aqua fuisset
congelata ob intensam frigiditatem tum et quia tempore geli semper est maior
frigiditas quam alio tempore quod non esset nisi frigiditas esset causa congelationis
ergo etc. — 3m omnia congelata resolvuntur a calore ergo congelant a frigiditate
et ex conseq. aqua quae maxime frigidat erit semper congelata —
4m aqua externa frigiditate potest concrescere ergo multo magis concrescit
frigiditate interna quae summa est et ex conseq. ex sua natura congelata erit
et concreta, et pro huius expl. est obser. ad congelationem aquae requiri 1o
frigiditatem 2o levem exhalationem 3o ingrossans constringens seu poros
claudens 4o partes terrestres mixtas in primis requiritur frigiditas quia fri-
giditatis est congelare seu congregare exhalationem suam grossiam, terres-
trem et aquam 2o concurrit levis exhalatio ut propterea illam resolvat
causam ob quam glacies est levior aqua 3o conveniunt ingrossans ut ob
illud reddatur causam quare aqua congelata gravior sit quam aqua pura
ultimo concurrunt partes terrestres ut sic prohibeat aquae influxus quae
aqua sit aria — 2o est obser. quod principale congelans aquam est in-
fluentia caelestis nattam coniungere ingrossare et exhalationem levem aquae
congelando, in illa existente concludere ob quam aqua rarefacta citius
congelat quam alia praesente non constringente in illa sunt partes exha-
lationes leves inclusa, et ideo per contractionem pororum et illorum inclusionem

statim congelat hæc ē causa quare in magnis fluminibus glacies n̄ generent in superficie aquæ sed in profundo et in contactu terræ quibus crassicies terrestris et per aspectum influentiæ lenificant exhalationes terrestres quæ resiliunt et ideo glacies ibimus generat et comprodvet.
Quibus obser. sit 1ª concl.º aqua in sua nat̄li dispositione existens n̄ ē congelata quæ concl.º prob. 1º aqua congelat quando existente suma frigiditate partes terrestres aquæ et exhalationes simul congregant sed in aqua pura et existenti in sua nat̄li dispositione reperiunt huiusmodi partes terrestres et exhalationes ergo — 2º prob. si aqua existens in sua nat̄li dispositione eet congelata n̄ eet humida et sicca sed hoc ē absurdum ergo prop. prob. sicca definit qd n̄ pot aliquo termino claudi et terminari si dispositione eet congelata n̄ eet facile aliquo termino claudi et terminari sed imo defendi ergo aqua existens in sua nat̄li dispositione esset sicca et n̄ humida — 3º prob. aqua constituta ē aia ut contineat partes terræ immistas at si ex sua nā eet congelata eet inepta ad hoc præstandum ergo ubi ad arg. proposita Rx ad 1ᵐ n. dicimus frigiditatē n̄ eē maximā et totalem causā congelationis cū requirat ingrossans restringens exhalationes terrestres ac commiscens ut dictū ē — ad 2ᵐ Rx sola frigiditate nunquā congelari nisi aliæ causæ explicatæ simul concurrant ad 1ᵃᵐ prob. Rx neq. glaciem ~~frigiditate~~ eē frigidiorem si quamvis in hoc ita appareat ad sensum tactus tn̄ ē per comparatiō densitatis et grassitatis, mā tn̄ sm̄ veritate aquā frigidiorem esse ad 2ᵐ prob.ᵉᵐ Rx solū concludere frigiditatē necessº requiri ad congregationē qd libenter concedimus tn̄ præter frigiditatē requiri et et aliæ causæ numeratæ; ad 3ᵐ Rx ideo congelata dissolui a calido quia in congelatis includit aqua crassities terræ et exhalatio levis quæ res sunt etherogeneæ et caliditatis ē segregare res etherogeneas ex hoc autē n̄ sequit aquā quæ ex sua nā ē frigida eē in sumō ex sua nā congelatā quia ob frigiditatē requirunt et aliæ causæ ad d. causā ad 4ᵐ Rx aquā n̄ congelari sed a frigiditate aeris ex terra sed concurrentibus ex his causis —

Q.ᵒ 21ᵃ an qualitates 1ᵉ symbolæ in elementis sint eiusdem speciei

Qd in hac q.ᵉ inquirimus ē an caliditas v. g. ignis spē distinguat a caliditate aeris in qua q.ᵉ ē 1ª sn̄a illorum qui existimant qualitates 1ᵃˢ in elementis ēē eiusdem spēi quæ sn̄a 1ª ē et prob. 1º si qualitates 1º symbolæ n̄ essent eiusdem spēi v. g. caliditas ignis et aeris sequeret unū plura contrariari in spē sed hoc dicere ē absurd. ergo prop. prob. quia in primis caliditati ignis contrariat

frigiditas

frigiditas ut patet et deinde contrariatur caliditati aeris si non esset eiusdem speciei cum illa quia corrumperet illam ergo → Si humiditates non essent eiusdem speciei sequeretur in elementis symbolum non esse faciliorem transitum quam in disymbolis sed hoc est contra Aristotelem hoc 2° lib. cap. 4° ergo prob.

prob: quia ex eo Aristoteles asserit elementa symbola facilius transmutari quam disymbola quia s. [?] in elementis disymbolis duo corrumpi quod intelligendum est per se, in symbolis vero unam tantum qualitatem corrumpi at si humiditates symbolae essent diversae speciei hac ratione Aristotelis nulla esset quia et in disymbolis duae qualitates corrumpuntur per se v.g. in aere corrumperet humiditas a caliditate ignis et caliditas aeris caliditate ignis cum essent diversae speciei et contrarii ergo → 3um caliditas ignis calefacit caliditatem aeris ergo est eiusdem speciei cum illo consequentia prob. quia caliditas ignis non generat nisi a caliditate sibi similem in specie.

4° probatur siccitas ignis et terrae sunt eiusdem speciei ergo prob. ans siccitas ignis reddunt terram humidam ad suam naturalem siccitatem ut experimur ergo sunt eiusdem speciei →. 2a sententia est aliorum existimantium humiditates symbolas specie distingui inter se v.g. caliditas aeris et ignis esse specie distinctas infimas constituere non unam speciem intricatam atque ita asserunt ad corruptionem unius gradus caliditatis aeris introduci unum gradum caliditatis et e contra

2do confir. variis arg: 1um est humiditas aeris et aquae specie disting. ergo ans prob. humiditas aquae est extinctiva ignis humiditas vero aeris non est extinctiva ignis imo distinctiva [?] ergo hae humiditates specie inter se differunt consequentia prob. quia potentiae non eiusdem speciei non sunt contrarii actus ergo, ans vero ita prob. aqua vehementius calida corrumpit ignem si sic per ignem effundit sed hoc non facit per frigiditatem quia talis aqua calidat ergo necessario id praestabit per humiditatem quod vero humiditas aeris non sit extinctiva ignis prob. quia humiditas olei quae est aerea statim convertit in ignem et nutrit ipsum ergo Respondetur humiditatem aeris et aquae specie non distingui ad prob. vero Respondetur aquam calidam proiectam super ignem non extinguere ratione frigiditatis quia ipsa actu est calida neque principaliter ratione humiditatis quia cum humiditas sit tardae actionis aqua non tam cito extingueret ignem pro humiditate sed solum aqua calida dicitur extinguere ignem ~~[struck out]~~ per viam suffocationis ita ignis resolubiles ignes l. ab aliqua [?] ignibili quendam fumum ~~[struck out]~~ sublimem per cuius continuationem continuantur aqua [?], igni superfusa claudit sua crassitie poros et illos fumos constringit in loco ita parvo quod sub ea densitate non possit manere ignis et hoc aqua extinguit ignem per viam suffocationis humiditas vero aerea non extinguit ignem quia ratione diu manere in qua ignis longo tempore potest permanere id vero quod oleum nutriat ignem non provenit ex eo quod humiditas olei quae est aerea specie differat ab humiditate aquae sed ob siccitatem admixtam est pingue ~~[struck out]~~ est multum ignibile →. 2um arg. si humiditas aeris esset eiusdem speciei cum humiditate aquae posset continere mixta sicut humiditas aquae

humiditas aquae sed hoc e contra Ar. hoc 2° lib. Ad qd humiditas aeris bene contineret mixta sicut humiditas aquae si esset in ma aquae grossa et crassa et sic e intelligendus Ar. loco citato —

3um arg. siccitas terrae et siccitas ignis differunt spe ergo ans prob. qr siccitas terrae determinat sibi suma densitate siccitas uo ignis suma caliditate et raritate. Ad neg. ans ad prob. uo dicemus neg. assumpt. siccitas n. terrae n. determinat sibi suma densitate ex eo qd sint distincta spe a siccitate ignis sed ex eo qd subiectum ipsius s. forma terrae determinaret sibi — 4um arg. in mixtis n. oes qlitates sunt eiusdem spei ergo neq in elementis ans prob. uariis modis 1° qr effectus caloris nalis aeris e nutrire et augmentare qd conuenit calori ignis calor itidem natis alius singulariter natus sm sig an alius ut hois sm sig an hoc alterius aut alius ut leonis aliter significat 2° prob. calor uiui et mortui differunt spe ergo ans prob. qr calor uiui prohibeat et resistit putrefactioni calor uo mortui disponit ad putrefactionem atque ita cum cadauer sit magis calidum tanto citius putrescet unde prouenit qd in aestate citius putrefaciant carnes quam in hyeme 3° calor febris in mixto differunt spe ergo ans prob. qr calor natis et innatus ut dicunt medici ergo prob. singuli calores differunt spe hac roe qli calores differunt spe qui hent diuersos effectus proprios in spe sed calor natis et febris sunt huiusmi ergo prob. prob. nam actus notificant potas ut 2° de aia habet prob. qr calor febrilis quantumcunque intensus semper pungit ut docet Ar. et expria ergo calor nalis quatenus intensus n. pungit —

5um arg. humiditas aeris e pabulum et nutrimentum ignis ut patet de oleo sed humiditas aquae n. e pabulum ignis ergo Ad humiditatem praecise sumptam n. ee nutrimentum ignis sed roe subi inquo e nam aer et corpus tenue et facile transmutabile ad natam ignis ac proinde quae sunt aeria sunt nutrimentum ignis aqua uo crassa e et n. pot ee pabulum ignis et ex consequ neq illius humiditas potest ee nutrimentum ignis —

6um arg. calor aeris patit sm suma humiditate qua n. patit calor ignis ergo calor ignis et aeris spe differunt. Ad neg. conseq. qr hoc solum prouenit aia aeris tum et prouenit aia ignis et hoc e certissimum —

Qo 22a Utrum qlites 2ae symbola in elementis spe distinguantur —

Qd in hac qo quaerimus e utrum leuitas ignis et aeris spe distinguantur et utrum grauitas terrae et aquae spe differant sit 1a concl° huiusmi qlitates spe distinguntur itaque leuitas aeris distincta est spe a leuitate ignis et grauitas terrae a grauitate aquae quae concl. prob. his rationibus primo

1 sed febris calor e innatus

Prima est Ar. 4° de cælo asserit gravitati et levitati esse causas effectivas motuum,
sed motus ignis, aeris et terræ specie disting. ergo et causæ effectrices horum motuum
specie disting. Sed levitas ignis et aeris tum et gravitas terræ et aquæ sunt
principia distincta specie ergo specie disting. prob. prob. non est assumptio prob. ita principium
levitatis ignis est caliditas adiuncta siccitati principium levitatis aeris est caliditas
humiditati deinde principium gravitatis terræ est frigiditas adiuncta siccitati
principium vero frigiditatis aquæ est frigiditas adiuncta humiditati sed haec quattuor principia
specie disting. ut patet ergo — 3a ratio si levitas ignis et aeris essent eiusdem speciei
ad eundem locum naturalem moverent, quia quæ sunt eiusdem speciei ad eundem locum mo-
ventur sed levitas ignis et aeris non movent ad eundem locum naturalem quia levitas
aeris non movet ad eundem locum naturalem quem movet levitas ignis ut patet ergo
Sed in hanc sententiam est 1um arg. quæ sunt principia eiusdem speciei non disting. sed qualitates symbolæ
sic se habent ergo prob. prob. levitas ignis causatur a calore ignis et levitas aeris a le-
nitate aeris sed calor ignis et aeris specie non disting. Resp. neg. assumpt. ad prob. vero
dicitur levitatem ignis non solum provenire a calore ignis sed a calore adiuncto siccitati
levitatem et aeris non solum provenire ~~a levitate~~ aeris calore sed a calore adiuncto
humiditati itaque principium levitatis in igne non solum est calor ignis sed calor et
siccitas principium levitatis aeris non est solum calor aeris sed calor adiunctus humiditati
tum etiam principium gravitatis terræ non est sola frigiditas terræ sed frigiditas
adiuncta siccitati tum etiam non solum frigiditas aquæ est principium gravitatis aquæ
sed frigiditas coniuncta cum humiditate haec quattuor autem principia distincta sunt specie
quare qualitates 2æ symbolæ non sunt eadem principia specie a quibus fuerint —
2um arg. quæ disting. secundum magis et minus specie non disting. sed levitas ignis et
aeris ~~specie~~ disting. secundum magis et minus tum etiam quia levitas ignis est maior
et levitas aeris minor ergo levitas ignis et aeris specie non disting. Resp. le-
vitatem ignis et aeris non solum distingui secundum magis et minus sed etiam secundum
principia specie distincta a quibus fluunt ut patet ex superiori sol. —
3um arg. si haec quattuor qualitates symbolæ 2æ specie disting. unum esset pluribus contrarium in specie,
sed hoc est contra Ar., tum uni uni est contrarium in specie ergo haec quattuor qualitates specie non
disting. prob. prob. quia gravitas terræ contraria esset levitati ignis et levitati aeris
sed levitas ignis et aeris specie differunt secundum istam opinionem unum igitur unum 2bus contrariatur
specie tum etiam quia levitas esset contraria levitati et gravitati quæ specie differunt unum igitur
unum pluribus contrariatur, quod autem levitas ignis et aeris sint contraria prob. quia con-
traria sunt quæ maxime inter se distant mutuo se expellunt et eidem subiecto vicissim
insunt sed levitas ignis et aeris sunt huiusmodi quia in primis maxime inter se differunt quod
albedo et nigredo diversæ sunt speciei, deinde mutuo se expellunt quia levitas ignis non secum
habet levitatem aeris neque contra et tamen eidem subiecto vicissim insunt quia vicissim
insunt materiæ primæ materia non quæ nunc est in forma aeris deinde est sub forma ignis et e
contra ergo Resp. non esse absurdum unum pluribus contrariari in specie infima et specialissi-
ma ad Ar. resp. voluisse unum uni esse contrarium tamen in specie subalterna non
autem in specie infima —

1um arg.

4um arg. levitas ignis et aeris fiunt ab agente totali eodem in specie ergo specie non disting. ais. prob. calor solis tam generat levitatem aeris in aqua quam levitatem ignis in exhalatione ignea ergo fiunt ab agente totali eodem in specie.

Respondeo neg. ais. ad prob. dico caliditatem solis nunquam producere levitatem ignis nisi cum siccitate nec levitatem aeris nisi cum humiditate et ita non fiunt ab agente totali in eadem specie.

Quaestio 23a Utrum mixtio sit possibilis

Et primo videtur non possibilis. hic arguitur 1mo. Si mixtio esset possibilis vel fieret ipsorum miscibilium parvis partibus iuxta positis vel ipsorum penetratione sed nullo modo ergo assumptum prob. in primis non fit per iuxta positionem ut videtur Aristoteles asserere 1o lib. de ortu cap. de mixtione sic non posita, potius esset compositio quam mixtio. deinde neque per penetrationem miscibilium quia talis non est possibilis ergo nullo modo. 2um arg. si mixtio esset possibilis fieret per divisionem miscibilium sed talis divisio fieri non potest ergo assumptum prob. in primis non 1o modo quia cum unumquodque miscibile continuum sit et dividi possit in infinitum sequeretur talem divisionem in infinitum fieri, et continuum esse actu divisum in infinitum sed hoc est absurdum deinde neque 2o modo quia non est maior ratio cur talis divisio miscibilis fiat secundum has partes tantum et non secundum alias cum utraeque partes videantur esse eadem ratione ergo.
3um arg. si mixtio esset possibilis vel fieret omnibus elementis concurrentibus vel quibusdam tantum sed nullo modo ergo assumptum prob. quia in primis non fit omnibus elementis concurrentibus non enim apparet ignem descendere et terram ascendere tum et quia mixtio fit frequenter in medio maris ubi ignis non potest concurrere ergo deinde neque fit mixtio quibusdam tantum elementis concurrentibus quia vel concurrerent duo vel 3ia non duo quia sic tamen ex illis non fieret mixtum sed unum elementum si quod maioris virtutis esset alterum transmutaret in sui naturam per robustionem actionis neque 3ia ibidem concurrerent quia ambo corrumperent aliud atque ita illud converterent in sui naturam ergo. 4um arg. si mixtio esset possibilis vel fieret in miscibilibus adaequatis in potentia vel quibusdam fortioribus vel debilioribus sed neutro modo ergo assumptum prob. quia in primis non in miscibilibus adaequatis in potentia sic non intra illa tamen non fieret actio neque ex consequenti mixtio quia a proportione aequalitatis non potest fieri actio deinde neque 2o non scilicet quibusdam fortioribus et quibusdam debilioribus sic non fortiora corrumperent debiliora et converterent in sui naturam et sic non fieret mixtio ergo. 5um arg. si mixtio esset possibilis vel fieret in miscibilibus remanentibus vel corruptis sed nullo modo ergo assumptum prob. quia in primis non fit miscibilibus remanentibus vel corruptis quia elementa non manent formaliter in mixtis neque miscibilibus corruptis quia ex corruptione nil potest resultare et ita ex mixtione ipsa non resultat mixtum quod ens perfectum est et completum. 6um arg. si mixtio esset possibilis sequeretur dari aliquem effectum sine causa efficienti vel saltem effectum nobiliorem sua causa.

sua causa, sed qdlibet eorum hrs e ablum. prob. prob. l, qr qn mistu generat sit
causa efficiente l, n̄ si n̄ sit intrinsecum si sit extrinseca causa efficiens n̄ pot
ee nisi aliqd elementu sed qd sit elementu est ignobile quocunque misto
ergo effectus esset nobilior sua causa — his tn̄ n̄ obstantibus sit 1a concl.o
possibilis e mistio et cap. de mistione et 4or elementis quae concl.o prob. ex ph.o
superiori in lib. 2o prob. na ordinavit elemta ad mistione ergo mistio possibi-
lis e qr na n̄ frustrat in suo fine ans prob. qr oe determinatu e roe sui
melioris et ph. 2o politicoru et oe imperfectu ordinat ad pfectu sed elemta
sunt imperfectiora mistis ergo elemta ordinant ad mista et ex conseq ad illoru
mistione concurrunt quare possibilis e mistio — 3o dat mistio in
media regione aeris ergo possibilis e ans prob. qr in media regione aeris
dat grando nix et alia huiusmi sed haec oia fieri n̄ possunt nisi ex elemen-
tis mistis ergo 4or lignu viride cu comburit resolvit in 4or elemta terra
e in cineribus et fluunt ptes aqueae in vaporibus ptes aereae in fumo ignis
in flama ergo —
2a dubitatio utru ista divisio partium necessaria simpr fiat in minimas ptes
cui dubitationi probabiliter Rx n̄ ee simpr necessaria licet talis divisio
in minimas ptes n̄ fieret adhuc ptes ipsae agerent et reagerent inter se
et sic redducerent se oes ad temperamentu medium disconveniens formis misci-
bilium et conveniens formis misti ~~aqua et terra~~ —
3a dubitatio e quo fiat huiusmi divisio cui Rx fieri posse a gravitate aquae
et terrae, aqua .n. miscet vino supposita ipsi vino pr gravitate dividit .n.
vinu sua gravitate fieri et pot alteratione contrariorum corrumpen-
tium se invicem, quandoque et si motu locali distrahente quandoqz rare-
factione, et ita elemta motu quodda actione et passione mutuo se divi-
dunt in ptes minutissimas ~~terra~~ et aqua suo motu frigiditate et
humiditate dividit substam ignis in ptes minutissimas quae ptes divisae al-
terant a contrariis qlitibus et contrariis elementis i ptes substae ignis a
frigiditate et humiditate aquae, et ptes aquae a caliditate et siccitate
ignis — 4a dubitatio utru miscibilia sint adaequata in pota an vo
unu illoru debeat alterari et dominari cui Rx pr has propositiones 1a
miscibilia n̄ debent ee adaequata in oi qualite oio et peculiariter
prob. qr n̄ e possibilis talis adaequatio ob motu caeli, et ob diversas varia-
tiones 2a propo miscibilia n̄ debent ee sic adaequata ut qualibet
eorum sit tanta resistentia sicut alia sunt activitatis prob. qr si hoc
ita esset nulla roe posset fieri actio 3a propo nullu ex miscibilibus
debet tantu dominari ut n̄ rapiat prob. qr aliter n̄ posset fieri mistio
4a propo elemta debent ee adaequata in potentiis ita ut qualibet ita fr-
ictu rapiat ut n̄ possit remanere prob. qr aliter si remaneret n̄ corrumpe-
retur et sic forma mistioni generaret et ita e intelligendus ph. qn ait
miscibilia debere ee potentiis adaequata —

5.a dubitatio est quare omnia miscibilia conveniant ad mixtionem et quae sit
causa non convenientis elementa existentia in locis distinctis Cui Respondetur cum D.
Tho. 2o de celo divinam causam esse orbes caelestes qui duobus modis elementa
in unum locum coniungunt 1o modo calore, nam si caloris solis abstrahunt
exhalationes a terra et quaedam vapores ab aqua 2o modo orbes caelestes
coniungunt elementa frigiditate quadam quia ignis et aer concrescunt et re-
duntur crassiores, sicque descendunt ad certum locum. 2o dicimus in generatione
mixti non esse necessarium omnia miscibilia actu concurrere sed sufficere vir-
tualiter concursu eorum, et ita ignis non dicitur concurrere in generatione mixtorum
in medio maris actualiter sed solum virtualiter —
6.a dubitatio est utrum generatio mixti ex elementis fiat in virtute propria elemen-
torum Cui Respondetur generationem mixti in elementis non fieri in propria virtute prob.
quia elementa sic producerent nobiliorem effectum quam ipsa sint sed hoc est absur-
dum quia nihil agit extra proprium gradum prop. prob. quia forma mixti quae producitur
ex elementis nobilior est quocumque elemento 2o prob. quia sic posset assig-
nari causa cur in mixtione uno generaretur mixtum unius quam alterius
quia elementa ex se non sunt plus determinata ad unum mixtum quam ad alterum
ergo 3o prob. quia elementa non intendunt formam mixti immo magis intendunt sibi
simile generari ergo, nisi mixtum generaretur per propriam virtutem elementorum
sequeretur naturam non agere propter finem quod est absurdum —
7.a dubitatio quaenam sit praecipua causa efficiens et generans formam
mixti in materia Cui Respondetur si dicamus quae generantur alia generari me-
diante semine v.g. animalia perfecta, ut homo leo etc. alia vero alia sine
semine ut quae generantur a putrefactione ut vermes; quo servato sit 1.a
conclusio. si loquamur de formis mixti quae generantur cum semine duplex est
causa efficiens formam mixti una omonyma et alia sinonyma omony-
ma ut Deus corpora caelestia virtute non corporum caelestium elementa congregant
inter se agunt et patiuntur et deveniunt ad certam temperiem causa vero sinonyma
est generans nam leo generans est causa cur leo genitus constet 4or elementis
2a prop. si loquamur de mixtis quae sine semine generantur potissima
causa efficiens est Deus et corpora caelestia quae pro dispositione materiae et
ratione caelestium influxuum qui diversi sunt diversasque formas producunt in
materia — 8.a dubitatio utrum mixtio sit naturalis Cui Respondetur per has propositiones
si mixtio accipitur in ordine ad 4or elementa miscibilia non est actualis sed
casualis et praeter naturam prob. quia mixtio fit ob intensionem elementi
uniuscuiusque eorum intendit generare sibi simile et non mixtum 2a prop.
in ordine ad praecipuum agentem omnis mixtio est naturalis et non casualis prob. quia
1m agens quidquid producit producit ex intentione 3a prop. in mixtione
aliqua elementa concurrunt violenter si spectemus 1as naturas elementorum
et ita ex hac parte poterit aliquo modo dici mixtio violenta; [illegible] naturam
convenit et diversa non concurrunt violenter prob. quia elementa animata diversa
ordinat in mixtione

1ª dubitatio. Utrum aliqua pars misti sit mista. Resp. quamlibet partem misti mistam esse ex contrariis qualitatibus quia in unaquaque parte misti reperiuntur contrariae qualitates in esse remisso. Ex his colligimus quinque requiri ad mistionem. 1º causam coniungentem alia, scilicet, ipsa elementa quae sunt in locis distinctis quae iam a nobis explicata est. 2º requiritur causa efficiens et generans mistum quae etiam explicata est. 3º modus mistionis quae est divisio substantiae elementorum in partes minutissimas. 4º locus ubi fit mistio ut terra vel aer. mistionum aliquae in aere aliquae in terra fit. 5º miscibilia quae sunt ipsa elementa quae etiam dicuntur 2bus modis concurrere ad mistionem ~~mogstis~~ mediate scilicet et immediate. immediate concurrunt quando mistum non fit ex alio misto sed immediate ab ipsis elementis ut quando mista fiunt in media aeris regione ad quam descendit vaporque et ibi miscetur exalationibus terrae et vaporibus aquae et sic generatur pluvia nix etc. mediate vero concurrunt quando unum mistum fit ex alio in quo virtualiter sunt elementa ut quando ex semine et sanguine generatur. Ex his facile est resp. ad argumenta proposita. ad 1um et 2um patet solutio ex 1ª dubitatione proposita cum non dicitur quod mistio non fit per iuxta positionem partium ex sententia. Resp. sententia non existimasse mistionem non fieri per iuxta positionem partium sed etiam per unionem ex illis iuxta positionem partium et mutatione et passione eorundem omnis forma miscibilium corrumpuntur et forma misti in materia ipsorum remanet et generatur, et sic fit unio media materia et quod forma informans illas dicitur una et est forma media inter formas elementorum cum miscibilium non participatione sed virtute. ad 3um Resp. ex sol. quintae dubitationis ad 4um ex sol. 4ae dub. ad 5um mistionem fieri ex miscibilibus non remanentibus sed corruptis per mistionem quia formae elementorum non manent in mistis quod si per miscibilia intelligamus qualitates contrarias et per partes materiam elementorum sic dicunt remanere quia qualitates remanent in mistis non in summo sed in retracto. ad 6um ex sol. 7ae dub. ad 7um ex sol. 8ae dubitationis.

Quaestio 24ª Utrum temperamentum sit qualitas simplex an vero composita.

Cum ex mutua actione et passione elementorum consurgat 3um quoddam quod dicitur temperamentum proinde inquirimus hoc loco an huiusmodi 3um sit qualitas simplex an composita ex 4or primis qualitatibus in quibus est 1ª sententia illorum qui asserunt temperamentum esse qualitatem 5am simplicem et specie distinctam a 4or primis qualitatibus, et ita diffiniunt temperamentum ab ipsis compositio [?] quaedam qualitas simplex relicta ex mutua actione et passione primarum qualitatum. 2ª sententia est aliorum existimantium temperamentum esse qualitatem compossibilem.

ex 4or formis qlitibus, et ita differunt ab eisdem temperamentu proprio calidi et frigidi humidi et sicci quae duae opiniones probabiles sunt probabilior tamen et certior recipit haec ultima a medicis cuiusque temperamentum nil aliud est quam calidum humidum frigidum siccum refracta tamen refracta et invicem commixta sicque solum distinguit non agitur illa elementorum quia illa sunt in elementis in summo in mixto vero remisse quae sententia prob. 1 ex Ar. 4o metheo. cap. 1o ubi scribit calorem saporem resolui per putrefactionem a proprio humido solumque remanere siccitatem sed si elementis esset qlitas simplex non appareret quare unum ab alio separari posset ergo probat 2o ex eodem Ar. 2o de aia ubi asserit sensum id est temperamentum sensum esse armoniam qlitum quae cum remitti sensibili facile cadit 3o prob. ex 2o de gene. aliumque cap. 5o ubi scribit primam compositionem ex 4or qlitibus ergo temperamentum non est simplex qlitas sed composita —

Sed in hanc sententiam sunt aliqua arg. tamen unum est si temperamentum esset qlitas composita cum qualibet pars mixti sit composita ex 4or elementis in qualibet parte reperirent duo contraria et plura sed hoc est absurdum ergo Respondetur non esse absurdum duo contraria in gradibus remissis reperiri in eadem parte subiecti — 2m arg. quod formis subatibus elementorum correspondet forma subatis mixti simplicis ergo qlitati elementorum correspondet qlitas simplex mixti — Respondetur neg. similitudinem sat non est ut qlitibus qlitas quaedam correspondeat sive sit simplex sive sit composita —

Qo 25a Utrum detur temperamentum substantiae —

Prima conclo non dat temperamentum subae sed tamen qlitatum quae conclo antiquam probat sic potest explicari facta divisione elementorum in minutissimas partes hae namque partes divisae mutuo ponunt et sunt contiguae quia partes subae ignis sunt in summo calidae, et siccae agunt et patiuntur in partes aquae sumit frigiditas et humiditas emittendo calorem et siccitatem et partes aquae resistendo emittunt frigiditatem et humiditatem in partes ignis quae in mutua pugna est dispositio ad corrumpendas formas subales elementorum quibus corruptis ad corruptionem partium minutissimarum introducit forma subalis mixti quam sequunt caliditas humiditas frigiditas et siccitas refracta, et remissa id est per mixta quae qlitis sic refracta dicuntur temperamentum nam temperamentum idem est quod remissum et refrangi perspicuumque manifestum est solum dari temperamentum qlitatum non autem subae quae conclo prob. ita 1o si subae elementorum permiscerent et ~~temperarent~~ temperarentur [...] essent subae [...], minutissimae partes divisa [...], nam 1o elementorum [...], forma subalis non subae 2o quia [...]

qr. humiditas ad introductionem formae corrumpuntur neque mixtio i. elementorum quae temperamentum principium e actionum mixtionis non est nullius e activitatis sed solum est principium recipiendi neque formae substantiae qr. humiditas corrumpuntur. Ergo non qualitates elementorum —
2° prob. temperari e remitti sed substantia non remittitur non accipiunt intensionem et remissionem qr. non datur temperamentum substantiae —
Contraria sententia quae e stoicorum prob. ex Ar. qui 1° lib. de ortu cap. 10 inscribit quae miscentur debent perseverare sed substantiae elementorum per se coherent. Ergo substantiae elementorum miscentur et non qualitates cum qualitates per se non cohaerent. Dico si per permisceri intelligat agere et pati non est prop°. nam substantiae elementorum mediis primis qualitatibus agunt et patiuntur et sic e intelligendus Ar. Si non per permisceri intelligat refrangi et retrudi falsa e prop°. 1. Dico 2° Ar. loco citato per se cohaerere intelligi se remanere ita ut sit sensus quae miscentur debent per se cohaerere id e quae vere miscentur facta mixtione debent remanere ex quo colligimus formas elementorum non misceri qr. post facta mixtione non manent
2° prob. ex Ar. eodem in lib. ubi ait quae miscentur posse ad invicem separari sed elementa secundum substantias possunt separari. Dico neg. consequentiam qr. prius separandi sunt qualitates et ita solae qualitates miscentur —
2° Dico illo in loco non asserere omnia quae ad invicem misceri separari posse sed ea quae miscentur posse et ad invicem separari —

Q.° 26 Utrum detur temperamentum ad pondus

Ex novem modis quibus elementa miscentur nascuntur q. temperamentorum formae i. differentiae ex quibus una e ad pondus ad iustitiam dr. a medicis temperamentum ad pondus in quo non e excessus qualitatum minimo dr. temperamentum durare qr. qualitates semper agunt et patiuntur alterum e in quo datur aliquis excessus qualitatum dr. non ad pondus qr. e minimus excessus, ita ut non cognoscant sensibus qr. humiditas temperamentum aut pondus sit latitudinem nam simpliciter dr. non temperata quousque demum fuerit ad illum gradum excessus quibus nocet sensibus ut humiditas temperamentum datur aliquo tempore quale repperit ex Galeno in interno ipsius manus qr. fuerat medium caliditatis, frigiditatis et humiditatis et siccitatis temperamentum non ad iustitiam dr. illud in quo servat qualitas qualitum secundum proportionem ad ipsas actiones exercendas quae tali mixtioni debentur —
Quibus servatis sit 1.a concl.° datur temperamentum ad pondus 1° m° prob. non potest fieri transitus ab uno contrario in aliud nisi per medium ut qr. frigiditas ut per ut calefaciat non poterit provenire quin fiat per medium sed illo

illo medio q̃litates erunt aequales. q̃r si remittant duo gradus frigiditatis duo et gradus caloris introducent, ergo in illo medio q̃litates erunt tempe-ratae nam nullus dat excessus caliditatis et frigiditatis —
2ª concl.º dat temperamentũ ad pondus. 1.º m.º prob. temperamentũ ad pondus dr̃ illud in quo dat aliquis excessus qualitatũ ita tñ minimus a sensibus ut n̄ agnoscant et sit latitudinem sed hoc n̄ videt possibile eẽ n̄ .n. apparet quid hoc impedire possit. ergo —
3ª concl. dat temperamentũ ad iustitiam q̃d ita prob. illud ẽ possibile cuius causae sunt possibiles sed misti temperati ad iusticiam causae sunt possibiles ergo prob. assumpt. q̃r in primis causae materiales sunt 4.or elementa prout ipsa possunt redduci ad mediũ alicuius spei conuenientissimum v. g. hoĩs causa v.º formalis ẽ aĩa intellectiua l, accidentalis com-plexio prout sunt in subo optime disposito causa efficiens universa-lis ẽ 1ª causa cum agentibus superioribus, particularis v.º sunt duo semina temperata viri et feminae causa finalis ẽ operois facta in ipso misto temperato sed oẽs istae causae sunt possibiles ergo
2.º prob. pot dari mistũ intemperatũ colericũ mistũ intemperatum flegmaticum ergo poterit dari mistũ temperatũ ad iusticiam q̃r quibus-cunque in nãa contingit reperiri. posterius pot et reperiri prius sed complexio temperata prius ẽ quã intemperata eo q̃d p recessum ab illa sumat distemperatã et n̄ econuerso ergo —
Sed in hanc snãm ẽ 1.um arg. pria geroĩs animati sunt calida et humida ergo dat excessus qualitatum in temperamento. R. ans universaliter ẽ falsũ nam pria aliuum et sanguium sunt frigida concesso ante et neg. cons. q̃r licet pria geroĩs sint calida et humida cũ tñ temperagant et patiant diminuendũ ẽ ad aliquã aetatẽ in qua sint temperata et ita ait galenus 1.º sanitate tuenda humanũ temperamentũ praecipue reperiri in pueris q̃r sint humiditatẽ excedentem et calorem temperatũ qui calor temperatus du-rat usq3 ad adolescentiã in qua aetate humiditas quae in pueritia erat excedens ẽ et contemperata reperit temperamentũ ad pondus —
2.um arg. Elementa mouent ab elemento praedominante ergo in mistis n̄ dat q̃litas q̃litatum — R. mista moueri ab elem.to praedominante sm̃ subaĩ et n̄ sm̃ q̃litem — 3.um arg. si in mistis daret aequalitas q̃litatũ primarũ ergo mista essent aequaliter grauia et leuia et sic n̄ mouer. sursũ neq3 deorsũ sed hoc n̄ ẽ dicendũ ergo R. neg. cons. q̃a ar. 1 q̃r grauitas et leuitas ex aequalitate q̃litum primarũ sed ex coniunctione sumã .n. leuitas causatur ex coniunctione caliditatis et siccitatis et sumã grauitas ex coniunctione frigiditatis et humiditatis. unde ẽ licet frigiditas et calor sint aequalia in gradu n̄ proinde nascet corpus q̃d n̄ sit l, graue s, leue —

Vltim. arg. Vbi ē qlitas qlitati n̄ dat actio et passio, ergo qlites in huiusm(odi) temperamento agunt et patiunt. Sed hoc ē falsū ergo. Rñ neg. ans. qr licet qlites sunt equales in gradu sunt tn̄ inequales virtute, et ita licet calor et frigus in tali temperam^to^ sunt equalia in gradu veruntamen tn̄ agit calor in frigus n̄ hēt maiorē vim agendi et frigus maiorem vim resistendi, sicq(ue) ita agit in calorem qui hēt minorē vim resistentiæ, et hæc de hoc libro dicta sunt

Finis 2^i^ libri de ortu et interitu

In hac q. e. 1a sna nonnullorũ asserentiũ hunc librũ neq. p. tinere ad libros
de ortu et interitu neq. ad metheor. sed ee quandã dispem. que applicanda e in 3o metheor.
et 3o de aĩa propterea in illo quedã disputant que conducunt ad futurã disputationem
Prima sna e illorũ qui sentiunt hunc librũ tractandũ ee loco quo inscribit. et ut sit 4us
metheor. et nulla roe 3us de ortu quã snaiã confir. 2bus testimonijs 1m e Ar. 1o lib. metheor.
cap. 1o que sunt disputanda in lib. de ortu respicit sed nullã mentionẽ facit huius libri q. hic
liber e 4us metheor. dr. n. ee necesse oĩa disputata refferant sed solũ que pretermissa
fuerunt que sunt potissima imo aliqñ nil refferit — 2m arg. In fine huius lib. docet
Ar. statim ee disputandũ de partibus aĩum similaribus qd n. esset verũ si hic liber esset
3us metheor. l. de ortu q. dr. n. e coloco sequi post hunc lib. statim ee disputandũ de
partibus aĩum sed tn. sequi remote nam licet statuat hic liber 4us metheor. adhuc
inter illũ et librũ de partibus et de aĩa intercipierent unde mirũ n. e si
deinde intercipiant libri metheor. Hac tn. sna quae asserit librũ hunc ins
cribi ceu debere ee 3um metheor. l. imo de ortu hac sna e Vicomercati et
aliorum et prob. his roibus 1a e qr Ar. in pricõ huius lib. respicit que dicta sunt
2bus libris de ortu qd facere consuevit quotiescunq. unã disputationẽ cum
altera coniungit 2a rao qr Ar. 2o lib. de ortu docuit in primis qlitibus
quasdam ee agentes calorem s. et frigiditatẽ quasdã vo patientes siccitatẽ s.
et humiditatẽ, et tn. n. disputavit de affectioibus et muneribus harum
qlitũ de quibus dũ disputet hoc lib. necesse e 3us de ortu sintiat

Caput 1um de ortu et interitu accretione et putrefactione

Disputaturus Ar. de affectionibus primarũ qlitatũ hoc 1o lib. initio huius cap.
repetit quae superius dicta sunt prob. inductione, et diffioibus calidi frigidi sicci
et humidi calidũ et frigidũ ee qlites agentes humidũ vo et siccũ patientes ut
docuit Ar. lib. praecedenti p. easdem diffioes — Tex. primũ quidẽ etc.
Docet hoc loco Ar. potissimũ munus harũ qlitatum ee ortũ sive motũ natu

natem cui pugnat interitus natis addit sem illa natem qr orbis nolintis,
et interitus qui casu fit n dr fieri asserimus ptibus qd aut hoc sit possibilimu
minus constat in plantis et aiatibus Tex Est autem etc) explicat hoc breve na-
lem interitu et mutationem qua efficiunt producto ptibus illa ie p qua uni-
pugna [illegible] debita actiones vite statutum dr Tex: Sed trim etc) In-
advertit hunc calore et frigus qua sunt ptibus agentibus aliquid gignere et effi-
cere cu mata vincit aut superant cu uo minus superant tunc n e nere
totius sed quaedam in plena et alefacto inconcoctio sequit — Tex prohibet
Docet Ar. perfecta origini coi et maxime contrariu ei accessione et putrefac-
tione qr atque et qui deinde sequuntur ut senectus etc uia quada e ad accessione et
putrefactione e n carnis productorum finis in qui oia tendunt nisi intermat
fieri n pot ut hos et alia huius quorum finis e caries antiqua putrescunt
et marcescunt — Tex Itaque etc) Ex his colligit Ar. illa quae putrescunt debere
e humida, deinde arida nam ex hoc natam putrefactionem sequi interitum uo
sequi qr id qd determinari pot et pati ab agente superat Tex Sed putre
colligit 2o cariem et putrefactionem in hoc respiciendi quae ex pe inserunt in
n possint aia deficere et ita ait Ar. oia putrescunt excepto igne nam terra
aqua et aer quae pr sunt ignis id e quae ab igne consumuntur putrescere
possunt ignis uo minime qr nullum het humori — Tex Caries etc)
Explicat Ar: quid sit caries sive putrefactio, caries aut e proprii hu-
moris natis qz caloris ab alieno calore interitus sive consumptio ubi
p alienu calore intelligit Ar. calorem existentis a corpore ambiente et qr
omne qd putrescit ob penuriam caloris natis patet fit ut putrefactionis
causa sit amissio humiditatis et caloris nati ob calore externu qd uo
hac ratio fiat prob. Ar. his arg. Tex ob hanc etc) 1m e qr hac
decausa quae putrescunt aridiora reddunt in terra et stercus conver
tunt qd si ita e consumit humidum radicale et ex consequenti calor natis
efflat sine n consumpta humiditate necesse e consumat a frigore —
frigore autem etc) 2m arg. qr ingente frigore ut in hyeme res minus
putrescunt qua in estate et causa e qr in hyeme minor e calor externus Tex
in aliis corporibus ambientibus in estate uo plurimu e huius caloris atque ita cu
hic calor sit causa putrefactionis fit ut minus in hyeme qua in estate res
putrescunt — Tex Neque id etc) 3m arg. qr id qd e degelatu et fri-
quia sunt nonnulla illis communia. Ideo Ar. in ult° cap. agit de communi ratione sentiendi proponens statim in principio diffinitionem sensus his verbis → Text. Sensuum esse etc.) Sensus inquit est illud quod sit aptum recipiendi formas et species rerum sensilium sine materia nam quemadmodum cera recepit imaginem anuli sine auro vel argento itaque sensus v.g. visus recipit imaginem coloris sine colore Text. Primum etc.) Explicat Ar. instrumentum sentiendi nil aliud esse quam sane numquam recipiunt species sensiles sine materia quamvis inquit sensus et huiusmodi primum ratione inter se differant quia sensus recipit illas species at huiusmodi primum vel instrumentum illis receptis est causa efficiens actionis sentiendi → Text. Ex quibus etc.) Colligit Ar. duo consectaria 1um est vehemens obiectum lædere facultatem sentiendi quemadmodum vehemens color purpureus lædit visum, nam vehemens obiectum sensile lædit instrumentum sentiendi, sed læso instrumento necesse est lædi facultatem quemadmodum etiam in lyra, si nimium fides intendantur perit armonia Text. 2 Illud etc.) colligit Ar. causam ob quam arbores, et illa quæ ex terra quamvis sint animatæ et afficiant qualibus primis non calefiant, frigefiant, nec sentiant. Respondet Ar. causam quia huiusmodi viventia non recipiunt speciem sensilem sine materia atque ita non possunt sensum aliquem obtinere Text. Quæri etc.) Rogat
Tandem an quæ non sunt sensu aliquem ut parietes v.g. aliquid patiantur ab obiectis sensuum huius
dub. Respondet Ar. non posse vero proprie has res affici ab obiectis sensuum quia ubi non est sensus non potest esse aliqua similitudo obiecti, at nisi aliquid receperit similitudinem obiecti non poterit vere et proprie pati ab illa, patiuntur tamen communi quadam, et improprie ratione ut recipere est quoddam pati. quia non illa recipiunt obiecta sensuum ut colores sapores et alia huiusmodi →

(10) 1a Quodnam sit instrumentum tactus

Nonnulli philosophi arbitrantur instrumentum huius facultatis esse nervos quosdam diffusos per totum corpus trahentes originem a medulla spinali, carnem tamen existimant non esse instrumentum sed medium, hanc opinionem secutus est Galenus in libello de instrumento olfactus quamvis deinde lib. 1° de temperamentis cap. 9. constituat instrumentum esse cutem, hanc eandem secutus est Ieremias Brachelius in coment. in hunc posteriorem locum Galeni de temperamentis licet neget carnem esse medium tangendi; alii ut Alexand. in suis lib. de anima cap. de tactu et Philop. in coment. huius loci, et multi recentiores arbitrantur carnem esse instrumentum huius facultatis, sunt et alii ut Themistius et Simplicius qui putant instrumentum esse cor a quo iuxta Ar. omnes nervi progrediuntur, quæ nam autem sit sententia Ar. in hac quæstione explicanda non est satis explorata nam in hoc cap. non esse instrumentum et non explicat quod nam sit illud. Deinde 2° lib. de partibus cap. 8° obscure loquitur de hac re, cap. 10 docet instrumentum non esse carnem explicatque expressius illud esse cor, tamen in lib. de sensu et sensili cap. 2° de longitudine, et brevitate vitæ cap. 2° de iuventute et senectute cap. 2° docet cor esse instrumentum huius facultatis. His igitur opinionibus propositis sit 1a asser. Instrumentum tactus non sunt illi nervi a spinali medulla derivati diffusi per totum corpus. Hanc asser. ita confirmo: non potest actio alicuius sensus sine instrumento illius exerceri, quod sine pupilla non potest fieri visio sed actio facultatis tangendi exerceri

potest

potest sine his nervis, qui non erunt illi instrumenta tangendi, confirmatur assumptio: caro, cutis, et membrana sentiunt calidum et frigidum et alias palpabiles qualitates, sed hae partes non sunt hi nervi, neque conflantur ex illis, quia actio tangendi exerceri potest sine nervis, quod si dicam carnem et cutim sentire has qualitates, illud tamen habere beneficio nervorum. Sane potest. Item rejicio membranae involuentes cerebrum sunt exquisitissimi tactus ut docent anathomici sed in illis nullam esse nervum experimur quia sensus tactus potest efficere suum proprium munus sine nervis, et sine beneficio illorum. 2a asser. caro non est medium necessarium huius facultatis. confirmatur: cum brachio si aliquis nervus denudetur a carne et acute ille percipit laesionem aliquam, et aliquando percipit actiones primarum qualitatum per contactum sed ubi non est caro neque cutis, quia caro non est medium necessarium. diximus necessarium quia nos non desistemus esse medium constat non ex Aristotele hoc casu, et ex Aristotelis aperitissima carnem saepissime esse medium tangendi. 3a asser. instrumentum tangendi non est aliquid diffinitum et determinatum sed omnes partes quae percipiunt actiones primarum qualitatum possunt vocari instrumenta tangendi. Sane asser. cum recentioribus medicis profitemur nam si sensus iste diffusus est per omnes partes corporis patet non constabit ex diffinita una sed temperamentum cuiusque partis vocari potest instrumentum illius in tali parte et ita a Galeno saepe dicitur hic sensus, sensus corporis quod utatur multis instrumentis scilicet temperamentis omnium partium: sed authoritate non ex Galeno petita in lib. de temperamentis [illegible] illam vocasse cutim instrumentum cutis quia haec pars maxime indicat de obiecto huius facultatis, et ita fuit ad huiusmodi iudicium recte ferendum constituta ex optimo primarum qualitatum temperamento, ad autoritatem Aristotelis dicimus sensus tactus esse in corde tanquam in principio in omnibus aliis partibus esse tanquam in subiecto —

(10) 2a an tactus sit una facultas secundum speciem

Est duplex principio potest aliquis sensus petere unitatem aut ex instrumento quo utitur aut ex obiecto in quo versatur si igitur loquamur ex parte instrumenti. Sit 1a asser. tactus non est unus sensus unitate speciei. Sane asser. confirmatur ex superiori quia instrumentum tangendi continetur in omnibus partibus corporis et non tantum in nervis aut in cute. Sed partes corporis specie differunt ratione temperamenti, aliud enim est temperamentum in carnibus, aliud in ossibus, aliud in nervis, quia sensus tactus ex parte instrumenti multiplex erit secundum speciem — 2a asser. sensus tactus ex parte obiecti formalis est quoque multiplex secundum speciem. confirmatur: ita unius sensus secundum speciem est una contrarietas, sed si fuerint multae debent revocari ad unam, quod in visu licet sint plures differentiae et contrarietates colorum tamen omnes illae revocantur ad unam scilicet ad contrarietatem candoris et atroris, et in gustatu quamvis sint plures contrarietates saporum, revocantur tamen omnes illae ad unam dulcis et amari, sed in tactu sunt plures contrarietates quare neutra potest ad alteram revocari, ut contrarietates calidi et frigidi, humidi et sicci, nam neque 1a ad 2am neque 2a ad 1am ulla ratione revocari potest ut docuimus in disp. de elementis et omnibus patet sensus, quia tactus erit multiplex secundum speciem ex parte obiecti formalis, dictum est ex parte obiecti formalis quia ex obiecto materiali scilicet de rebus mixtis in quibus aliquis versatur potest esse unus unitate speciei quod versatur in re mixta ut

ut in arbore pyri aut lapide quae est una mixtione specie — 3a assertio. sensus tactus est
unus unitate generica, hoc assertio ex superioribus ita confirmatur: potest omnis unitas esse et assignari
aut est numerica aut specie aut generica aut secundum analogiam. Sed sensus tactus non est unus
non neque secundum analogiam ut patet neque secundum speciem ergo erit unus unitate generica, deinde potest
sunt unitatem ab obiecto at tangibile quod est obiectum tactus est unum unitate generica ergo erit unus sensus
tactus secundum genus, sed quaeret aliquis quot species sint constituendae in sensu tactus, ut
sane dubitationem explicemus observandum est quod Gal. lib. 3o de dieb. pulsuum esse 7 con-
iugationes qualitatum tactilium quae percipiuntur a sensu tactus, 1a est calidi et frigidi
2a humidi et sicci, 3a gravis et levis 4a duri et mollis 5a lenti et friabilis, 6a
asperi et lenis 7a crassi et tenuis: species igitur constituit Jeronimus Cardanus lib.
3 de subtilitate ut autor est Jacobus carpentarius lib. 4o descriptionis pp. cap. 9.
existimat esse in tactu 4or illius species 1a qua iudicamus calidum et frigidum humidum
et siccum 2a qua percipimus voluptatem et dolorem 3a qua venerea experimur
4a qua in ponderibus iudicamus grave et leve sed quamvis parum referat vel
plures vel pauciores species constituere in tactu putamus cum aliis praestantissimis philosophis
cum D. Tho. Alberto Mag. Egidio Ro. in coment. huius loci tamen esse constituendas
duas species: unam qua percipimus primam contrarietatem inter calidum et frigidum, et alteram
qua percipimus eandem contrarietatem primam inter humidum et siccum, nam aliae con
trarietates quas proposuimus ex Gal. possunt ad has primas revocari quod omnes 2ae qualitates re
sequuntur ad primas enim molle et lene ad humidum revocantur durum autem et asperum ad siccum
et sic de aliis —. obiiciet tamen aliquis adversus nostram opinionem ex praecepto omnium philosophorum
et ex Ar. tantum sunt 5e sensus exteriores, sed si sensus tactus esset multiplex specie
essent plures quam 5 nam praeter alios 4or essent duo in sensu tactus et ita connumerate
essent 6 vel sensus tactus non erit multiplex secundum speciem — R. sensus exteriores esse 5
non quidem omnes secundum speciem sed quidam secundum speciem ut reliqui 4or et tactus secundum genus
vere constituit numerum quinarium conflatum ex unitatibus specificis aliorum
sensuum et ex unitate generica tactus sed insurget aliquis non est maior ratio huius
quam aliorum sensuum, sed alii sensus habent unitatem specificam ergo et tactus erit
unus secundum speciem huic tamen arg. R. esse disparem rationem et longe diversam inter
tactum et alios sensus, quia alii versantur in una contrarietate prima, aut
si versentur in pluribus revocantur ad unam ut visus versatur in una contrarie-
tate prima candidi et atri, et gustatus in altera 2a dulcis et amari, sed tactus
versatur in 2abus primis scilicet in contrarietate calidi et frigidi, humidi et sicci
quarum neutra potest ad alteram revocari et ita aliquis obtinebunt unitatem
specificam tactus non erit multiplex secundum speciem — Req. Quaerunt et interpretes
an sit necessarium medium ad tactum, et aquam, sed quia Ar. in contextu ex professo
inquirit necessarium esse medium hanc 3am libenter praetermittimus —

(10) 3.a an diffinitio sensus sit optime tradita ab Ar.

Ita diffinit Ar. sensum in ult° cap. 2i lib. sensus est facultas recipiendi species sine materia, quae ut probe intelligamus, animadvertendum est prius 3bus modis posse recipi in aliquo subo, 1° ut induant conditiones subi ut s. dilatent et extendant ad extensionem illius, deinde ut repraesentent rem ipsam secundum conditiones individuantes et materiales, sed hac ut absente obo statim illae evanescant, et huius generis sunt species sensiles quae recipiunt in sensibus exterioribus nam illae extendunt in sensu ad dilatationem ipsius, tum repraesentant obum sensile in conditionibus materialibus, atque in absentia obi illico evanescunt, et hae proprie dicuntur species intentionales, quia sunt ita minimae, ut praeter imaginem nil aliud contineant et hinc fit ut amoto obo statim illae evanescunt 2° sunt aliae species quae sunt minus materiales nam quamvis repraesentent rem materialem et sub conditionibus individuantibus non tamen evanescunt absente subo sed diu permanent cuius generis sunt species quae retinentur in sensibus interioribus nam licet pereat rosa in hyeme non tamen perit illius species in fantasia hae non possunt vocari species intensionis cum dicant esse natam et firmam 3° sunt aliae species magis immateriales quae repraesentant obum modo immateriali et secundum conditiones universas cuius generis sunt species intellectiles quae conservant in intellectu possibili Animad. est deinde quemlibet sensum posse 2bus modis sumi 1° ut res quaedam est, l. sub ratione subi in communi in quantum potest subjici iis ab his l. alterari ab illis 2° sub propria et peculiari ratione ratione sensus ut s. potest recipere species sensiles absque ulla alteratione — His constitutis sit 1a assertio, si loquamur de sensibus sub ratione corporis subi et ut res quaedam sunt possunt ipsi recipere qualitates rei sensiles, confirmatur quia possunt commutari de calido in frigidum aut de humido in siccum hoc autem nisi recipiant qualitates sensiles secundum esse rei fieri nullo modo potest ergo sub hac ratione recipiant qualitates sensiles — 2a assertio si loquamur de sensibus sub propria et peculiari ratione non possunt recipere qualitates sensiles sed solas imagines rerum sensilium possunt recipere Confirmatur recipere qualitates sensiles sine materia est recipere illas secundum esse intentionale et non secundum esse rei, sed sensus diffinitur facultas recipiens species sensiles sine materia ergo sensus non recipit qualitates sensiles secundum esse rei, praeterea si reciperent secundum esse rei calorem l. frigus aut alias palpabiles qualitates sensus laederentur a suis obis quia a suis qualitatibus maxime illi laeduntur, sed hoc dici non potest ergo sensus non laeduntur imo maxime perficiuntur a suis obis ergo non recipiunt qualitates sensiles in esse rei, et hoc est quod innuit Ar. in 1a parte diffinitionis sensum esse facultatem quae potest recipere species sine materia l. sine esse rei et naturale, quia tamen recipit imagines et similitudines rerum et non ipsa res l. dicitur recipere species sine materia ergo non recipiunt colorem v.g. eo modo quo est in subo ut causa efficiente sed alio modo nam in subo habet esse firmum et fixum denominatque illud secundum suam speciem ut album si accidens fuerit albedo et nigrum si fuerit nigredo sed ut est in sensu non habet esse firmum et constans immo statim evanescit.

neqз denominat illud ursta proprium speciem qr n dicimus visum esse coloratum et ob hanc causam recipit sensus spes sine ma ― Arg^{ta} in superiora Primu aer recipit spes sensiles sine mã cu sit mediu deferendi colores ad oculos et sonu ad auditu at aer n e sensus ℞ sensus n erit illud qd recipit spes sensiles sine mã ― ℞ neg. conseq. qr aer n e facultas l, pota qnd e sensus, et ita illi deest prima particula diffōis quae e esse faculttem l, potam ― 2^m sensus tactus recipit qlitates s. physicas at illud qd recipit qlitates rei recipit illas cu mã ℞ sensus n erit facultas recipiendi spes sensiles sine mã ℞ et in tactu obiũ tactile imitere in sensu imaginem quandã et similitudine qua informatus sensus recipit spes sine mã nam si n reciperet aliquã imagine et similitudine n posset illa roe sequi actio sentiendi in sensu cum obiũ sensile positum supra potam impediat actum sentiendi ― 3^m arg. oe qd recipitur in aliqd p modu recipiendi e sed spes sensiles quae fluunt ab obiis recipiunt in pota sentiendi, quae est corporea et materialis ℞ spes sensiles erunt corporeae, et mates, et ita n recipient sine mã ℞ neg. conseq^{am} imo contrarium aperte sequitur ex hoc argumento nam si sensus e facultas recipiendi spes sine mã debintqз illae recipi in sensu p modu sensus Recte colligere licebit ℞ spes sunt in sensu sine mã, nam quamvis extendant ad extensione facultis sunt tn sine mã in ea. qr n sunt ce fixũ et pmanens neqз denominant ipsam qnd sint cẽ fixũ et denominent propriũ subiũ Atqз haec sint dicta de 2º libro de aiã ―

Comentaria in 3um librum de aiã

Caput 1um dari in alibus quinque sensus

Quamvis n desint aliqui phi qui putent hinc 3^m lib. auspicandu cẽ a cap. 4º in quo phs exordit disp^{em} de intellu; nos tn arbitramur auspicandu cẽ a 1. in quo agit de sensibus praecipue vº de interioribus ut ita facilius intelligere possimus discrimen interveniens inter sensus et intellum in hoc aut cap. 1º instituit confirmare cẽ in alibus 5 sensus Tex. Si omnium etc) Primu arg. quo id confir. e hujusmi si esset aliquis sensus praeter hos 5 daret et aliqd obiũ sensile praeter oba sensilia iam explicata qr oes sensus habent suum propriũ obiũ sed praeter obã explicata nullu aliud obũ assignari potest ℞ neqз poterit dari alius sensus ― Tex. Et ea quidem etc) 2^m arg. si daret alius sensus praeter 5 assignatos cu ad actu sentiendi necess^m sit medium esset aer l, aqua aut quid hujusmi praeter media assignata constituendũ cẽ aliud medium qd nullo mº fieri pot Tex. Reg. 3^m arg. si daretur alius sensus ab his diversus daret quoqз aliud instrum^{tum} sentiendi diversum ab assignatis sed nullu aliud praeter assignata constitui pot ℞ n poterit assignari alius sensus Tex. oes igr sensus etc) Colligit phs ex superioribus in oibus alibus pfectis constituendos cẽ 5 sensus nam quamvis talpa n videat n qr n habeat oculos sed qr habet illos sub cute, sic qз cu nullu at pfectu assignari possit neqз ulla alia facultas quae possit deesse alibus negs hoc videndi procul dubio cu haec quoqз in talpa reperiatur in oibus alibus pfectis reperiunt 5 sensus Tex. neqз vº etc) Or poterant aliqui suspicari dari aliu sensu exteriorem distinctu ab his 5 beneficio cuius percipimus oba

percipiemus obiecta communia confirmat Aristoteles non posse constitui talem sensum hoc argumento quia si obiecta communia haberent aliquem sensum exteriorem aequo proprium et per se perciperentur ab aliis sensibus propriis perciperent illa per accidens sicut percipit filius Cleonis per accidens ad album percipit per se, sed hoc est falsum cum sit confirmatum in superiori lib. haec obiecta communia percipi per se a propriis sensibus non ergo assignari debet aliquis sensus exterior praeter hos 5. — Sed quaeret etc.) Quaeret tamen aliquis inquit quam ob causam tot sensus sint nobis tributi animae Dicit per causam ~~aliquam~~ esse ut alia diversa obiecta perciperentur quae non possunt ab uno sensu percipi nam si omnia ~~eo~~ unum sensum ut per visum v.g. perciperent apparerent nobis omnia colorata, quod tamen est falsum tum etiam ut cognosceremus quod nam sit obiectum proprium et quod nam commune —

Cap. 2um Praeter quinque sensus exteriores constituendum esse alium sensum communem interiorem

In superiori cap. docuit Aristoteles in aliquibus perfectis constituendos esse quinque sensus exteriores, nam in hoc cap. constituit praeter hos sensus esse alium interiorem collocandum qui iudicet de obiectis aliorum sensuum et ad quem deferunt species obiectorum quas recipiunt per sensus exteriores, primo tamen quaerit an eodem sensu possimus percipere obiectum et actionem eius dimanentem quaerit an eadem facultate videndi possimus percipere colores et actionem videndi quam quidem Aristoteles exagitat in utramque partem atque in primis confirmat eodem sensu posse utrumque percipi Res ita vel duo etc.) Primum argumentum quia si non perciperent eodem sensu cum pertineant ad unum obiectum sequeretur eiusdem obiecti constituendos esse duos sensus, (, idem versabitur in subiecto quorum utrumque falsum est — Res tamen non etc.) 2um si omnia illa non perciperent eodem sensu daretur alius sensus qui perciperet actionem prioris et cognosceret sensationem illius rursus necesse est ut detur 3us sensus ad apprehendendam actionem et sensationem 2i quia sic itaque abibimus in infinitum quod cum fieri non possit omnia haec eodem sensu apprehenduntur Res. Verum etc.) Alteram partem quaestionis confirmat Aristoteles ita si omnia illa apprehenderentur eodem sensu fieret inde ut actio v.g. videndi esset colorata, quia visus non potest ferri in colorem, sed hoc est falsum tamen non percipietur utrumque eodem ~~est~~ sensu Res perspicuum etc.) Hoc ultimum argumentum dissolvit Aristoteles dupl. solutione 1a est falsum esse visum tamen versari circa colores nam versatur et circa tenebras, et ita quamvis actio videndi non sit colorata poterit tamen percipi a visu — Res praeterea etc.) 2a solutio est quia id quod cernit sive actio cernendi est apprehensio qua aliquid videmus non vacant omni colore, immo aliqua ratione vacari possunt colorata tum quia sunt propria videndi colores tum etiam quia visus antequam videat informatur speciebus coloris, et ita aliquo modo reddet visum et sensus actionem coloratam unde colliget absentibus obiectis sensilibus referri in sensibus visiones et sensationes quod intelligi debet de sensu communi — Res quamquam etc.) Explicat Aristoteles esse eundem actum rei quae sensum movent, et ipsius sensus v.g. sonum rerum distingui ab actu videndi quamvis fieri possit ut detur sonus et non audiatur, et ut aliquid habeat facultatem audiendi, et non percipiat sonos: hos igitur actus obiecti et facultatis inter se non distingui secundum rem sed secundum formam nam idem est motus qui est actio et fluit ab agente

et agente, et qui ē passio ut recepit in patiente, sed actus obi et facultatis sunt
actio et passio nam ut fluit ab obo ē actio et ut recipit in ~~patiente~~ facultate ē passio
quadem erit actus obi et facultatis. Advertit tn̄ Ar. ē diversa nomina
aliqn̄ quibus nominamus actū obi et facultatis, et aliqn̄ ē idem nomen,
nam in auditu actionem obi vocamus sonum, facultatis uo vocamus auditio=
nem at in visu et gustatu actionem utriusq3 vocamus visionem et gustatione
Tex. Quoniam ēt cū dictū sit eundem ē actum obi et facultatis colligit Ar.
hoc duo ē simul ut auditum et sonū, visū et colorem, qd n̄ debet intelligi
eo mō quo veteres docebant credebant n. nullo mō posse ē album sine
visu, neqz saporem sine gustatu qd n̄ est oō verum, nam cū 2bus modis aliquid
dici possit obum aut sm̄ potam aut sm̄ actum sz 1o mo loquamur n̄ sunt simul
obo una facultas sz uo 2o simul erunt qr obum in actu significant qd actu
movet facultatem et hac roē simul sunt quare cū veteres n̄ proposuerint hanc dy
stinctionem merito reprehendi debent Tex. Qd si etc. Alterum consectarium ē
cū sensus v.g. auditus sit quaedam raō et ueluti concentus saepe laedit a vehe-
menti obo ut auditus laedit saepe a sono et aspectus a nimio colore, unde
colligit hoc oba vehementia tunc ē iocunda et grata sensibus qa in quadā
mediocritate sunt constituta ut s. ne sint aut maiora aut minora quā decet
sed mediū locū et raōm contingant Tex (q. unusquisqz etc) In hac altera
pte cap. Ar. confr. praeter hos sensus assignandū ē aliū sensū coēm interio
rem, atq. ut quod datur aliquis sonus ad pcipiendū obum et illius sp̄s, ut ad
pcipiendū colorem et illius spēs, s. candidum et album, ita quoque constitui debet
aliquis sensus qui versetur in obis et in spebus eorum omnium sensuum exteriorum
sed nullus sensus exterior fieri pōt in oīa oba exteriora et ipsorum spēs (q. praeter
5e sensus assignari debet alius sensus cois qui haec oīa pcipiat Tex. et quoniam)
colligit Ar. carnem n̄ ē sedem sentiendi aut instrumentum sensus cois nam ille
non eget tali instrumto proximo etn̄ cū sit ipse corpus alio corpore n̄ egebit
unde simul apprehendit et iudicat oba n̄ secus quā qū apprehendimus bonum et
malū iudicamus qd sit bonū et qd malum; sic sensus n̄ apprehendens obis illico
iudicat de illorum raōe Tex. Illud igr etc.) colligit praeterea aliud consec-
tarium, sensus cois pōt simul apprehendere contraria et iudicare de ipsis
ut pōt apprehendere dulce et amarum calidū et frigidū et iudicium ferre de
ipsis: verū difficultas ē ut Ar. qr s. hoc ita esset sequeretur simul aliqua
moveri motibus contrariis, et simul ē in eodem sdo hui tn̄ difficult.
Rx et sn̄a veterum sensū coēm ē unū re multiplicem tn̄ sm̄ raōm sicqz ex
ea pte quae multiplex poterunt in illo contraria simul recipi, hanc
tn̄ solnem reijcit Ar. qr si esset multiplex roē esset multiplex pota, et ita
actu n̄ recipere multa contraria qd tn̄ diximus esse falsum quare hac

hac sol.e praetermissa Tex. Sti sensu coem sumi aut sub roe subi aut ut e
finis omnium sensuum et tenorum: etc quod multae lineae deducunt a circum-
ferentia ad hunc centru tanqua ad finem ita quoque oes spes oborum et tenorum
quae recipiunt a sensibus et tenoribus feruntur in sensum coem tanqua in quoddam
centrum et finem, igr cu sit sensus cois multiplex ut finis potest recipere mul-
tas spes contrarias, etc haec sunt contrariae nam quamvis album et nigrum
inter se contrarientur spes tn utrusque n sunt contraria qr spes contrariorum
n sunt contraria

Cap. 3um de fantasia et ui imaginandi

Praeter sensu coem constituendu e aliu sensu exteriorem qui coi noe dr imagi-
natio et fantasia explicat in hoc cap. Sti. et in pro cap. reprehendit quosdam
veteres qui putabant idem ee intelligere atque sapere quasi intelligere videtur
esse quoddam sentire: hanc opinionem Empedocles Homerus et alij secuti sunt
sentientes sentire et sapere idem ee Tex. sed equum etc) Reprehendit in his
hos phos qui disputantes de scia n egerunt de errore qui illi contrariatur
de quo imo disputandu erat, cu ille saepius et diutius versetur in aio quam scia
Reprehendit deinde eosdem qr hi phi existimare debuissent ut alij crediderunt
quaecunque dnr uera esse, l. errorem ee apprehensionem rei dissimilis, cu contra-
riorum eadem sit rao, et scia definita sit rei similis apprehensio
Tex. Ac sensu etc) confir. iam 2bus arg. sensu et intellectum distingui unde confir-
matur erat sapere et intelligere, et sentire quoque distingui Primu arg. e sensus
omnibus alibus competit, intellectus n paucissimis s. solis hoibus, distinguuntur ergo
Tex. neque n etc) 2um arg. Intellectus pot recte et n recte percipere recte ipse re-
cipit scientiam, prudentiam, et veram opinionem n recte n qr suscipit errorem im-
prudentiam l. falsam opinionem, at sensus semper e verus circa obum ut docuimus
in lib. superiori, sensus distinguetur ab intellectu Tex. Visio etc) confir. in hac
altera pte cap. imaginationem distingui ab existimatione siue intelligentia advertit
tn imaginationem n posse ee sine sensu neque intelligentiam sine ipsa. confir. igr
2bus arg. Visionem et existimationem siue intelligentiam distingui Primu e
imaginatio in nra pota possumus n imaginare si libuerit montes au-
reos Catoptro siue intelligentiam sumere pro toto) n e in nra pota necesse
e siquidem proposito obo intellectui ut apprehendamus illud ee uerum, l. falsum

falsum quia imaginatio ab intelligentia maxime distinguitur Tex. Practica etc.) 2m
quia cum intelligimus rem aliquam saltim grauem et terribilem statim affi-
cimur et commouemur at quando aliquid terribile imaginamur non statim mouemur
iam quia duae hae facultates inter se maxime differunt Unde aduertit Ar. duas esse
potissimas species existimationis sub intelligentia scilicet scientiam scilicet prudentiam scilicet opinionem
de quibus disputat 6. lib. Ethico Tex. De ea autem etc.) demonstraturus p[ro]
sensum et imaginationem distingui aduertit imaginationem aliquando sumi improprie pro intellectu
et aliquando pro sensu, metaphorice non probis sumet quia proprie si conueniat facul-
tatem ab utraque distinctam et separatam Tex. Ac visione etc.) confirmat [illegible] arg.
imaginationem distingui a sensu, 1m est quia si imaginatio non distingueretur ab eo esset habitus
scilicet facultas scilicet actio alicuius sensus quod non constat esse falsum 2m quia sensus semper competit
animalibus imaginatio uero non ut constat ex pueris recenter natis 3m quia sensus competit omnibus
animalibus quia non potest esse animal sine aliquo sensu at imaginatio non competit omnibus nam formicae
apes, et alia nil imaginantur quia distinguuntur hae facultates animalium ut docuit Ar. 2o lib. [illegible]
imaginationem iunctam esse cum visione intelligi debet scilicet in animalibus perfectis scilicet ita ut si sit
imaginatio debet esse sensus at non ubi est sensus debet esse quoque imaginatio 4m arg. est
quia sensus semper est uerus circa proprium obiectum imaginatio uero saepe est falsa 5m arg. est
in sensibus hoc gratiae modo loquendi utimur, hoc quod sensu percipimus ita est scilicet non est scilicet est
album scilicet non album at in imaginatione non utimur hoc gratiae loquendi sed hoc alio, hoc ita
nobis uidetur scilicet non uidetur quia disting. 6m est quia in dormientibus est imaginatio sed actio
sentiendi non est in eis, quare sensus et imaginatio maxime disting. — Tex. Nec cum etc.)
confirmat deinde imaginationem a scientia et intelligentia maxime distingui quia imaginatio aliquando est falsa
at scientia et intelligentia semper uersantur circa uerum Tex. Restat etc.) non solum autem distin-
guitur ab intelligentia et scientia sed etiam ab opinione utique ob duas rationes 1a uero quod in opinionem sequitur
fides ut non qui opinatur necesse est probet, sicque opinio non competit brutis at uis
imaginandi competit brutis quia illa maxime distinguitur ab opinione, altera est quia ut
fides sequitur opinionem ita fidem sequitur persuasio quae propterea quae bestiis nullo modo
competit imaginationem competit illis quia inter se maxime differunt Tex. Verso etc.)
\+ Quia Plato in Philebo et Sophista docuerat visionem esse conflatam cum sensu et hoc
posset 3bus modis contingere 1o ita ut opinio et sensus sint causa efficientes imaginationis
deinde ita ut sint ueluti partes integrantes ipsius hoc ordine refellit Ar. 1o quia opinio et
sensus uersantur circa diuersa ut sensus circa colorem et opinio circa bonum scilicet uerum
deinde solem esse minorem monstrat cum tamen opinio iudicet esse multo maiorem, et
deinde quia opinio una et eadem manens mutat aliquando de uero in falsam at sensus non
Tex. Sed Qm etc.) Explicaturus Ar. quid sit imaginatio praefatur ea quae sunt
esse in triplici differentia nam quaedam mouent non tamen mouentur ut Deus, et alia
quae mouent et mouentur ut baculus mouens lapidem et alia quae mouentur non tamen

n° tn̄ movent ut sensus in quo posteriori. q̄ rerū continet imaginatio, quae ita diffinitur visio motus et pulsus quidam p̄fectus cum sensu q̄ sine sensu n° pōt esse neq̄ pōt reperiri in his quae n° sunt sensit. unde q̄ haec diffo solū competit actui imaginandi imaginatio sive visio sive phantasia diffinitur facultas quaedam animi recipiens spes a sensibus exterioribus p quas retentas imaginat (Tex. Id q̄ fit etc) advertit sensū et imaginationē in 2bus assimilari 1° in obō q̄ versant in eodem obō sensili 2° q̄ utrumq̄ pōt falli quamvis sensus n° in proprio obō sed l. in coi l. in p accidens decipiat (Tex. Qr si etc) colligit n° fieri imaginationē nisi praecedente actione sentiendi debet igr primus sensus exterior impelli qui impulsus et agitat deinde et impellit animū ad imaginandū sicq̄ fit imaginatio quae ē impulsus animi effectus et spebus sensibilibus quas recipit benefo sensuū exteriorum —

(Tex. Qm etc) colligit imaginationē vere vocari visionem q̄ cu illa n° possit fieri sine sensu et intro sensus, principium loci sibi vindicet iustis distumpsit nomen visionē a visu (Tex et Qm etc) colligit tn̄ multa alia conari nonnulla opera imaginationis q̄ quidem fit et cogt in imaginatione recipiunt sensu ptrm quo cu moveat ipsa impellunt alia ad multa opera efficienda et ad multa p̄sequenda quae p sensus spes repraesentant —

Caput 4um de Intellectu patibili —

In 2a p̄e huius lib. ptr disputat de intellu patibili et agente, primus tn̄ de patibili de quo in hoc cap. 3a proponit 1m an intellus patibilis sit separabilis et qua roe dicat separabilis 2m qua roe differat a sensu, et 3m qua roe se hēat ad intellectionē et fiat intellectio. Advertit tn̄ ptr in pro. siq̄ senti intelligere quandā inter se similitudinē obtinere q̄ quēadm sensus recipit spes intellel. et recipiendo patit passione p̄ficiente, itaquoque intellus recipit spes intellectiles recipiendo passione p̄fectente (Tex. Impatibiles etc.) colligit 3a consectaria Intellum ē impatibilē id ē intellus n° pōt pati nā passione seu p̄ficiente q̄ recipere spes licet sit pati ē tn̄ p̄fici, revocat tn̄ intellus p spes de pōta ad actū n° aliter atq̄ sensus revocat p spes sensiles de pōtā ad actū et ita quēadm sensus q̄n revocat p̄ficit p spes quas recipit itaquoq̄ intellus q̄n recipit spes intelleiles p̄ficit p eas: (Et igr etc) 2m consectarium ē cū intellus oīa intelligat necesse eē ipsū inseparatū eē a mia l. ab oī mistione quēad Anaxagoras optime docuit debet n° intellus recipere oīum rerū spes atq̄ notiones atq̄ ita denudatus esse debet ab oī mia et spebus eorū si aliquā ex sua nā contineret eēt impedita illa ne alias posset recipere et intelligere quare intellus neq̄ erit concretus cum aliqua mia l. n° pōt eē compositus quidpiam q̄ ita eēt aliquid in actu et n° eēt

eet pura pota in speciebus recipiendis Text (Itaque etc.) 3m consectarium mens nulla sit
mixtione cu corpore qr ad proprias actiones exercendas neque fungit offo corporeo neque
utitur instrumentis corporeis ut calore l, frigore qr haec oia ad corpus ptinent, sed in-
tellus nulla sit actioni coem cu corpore Ex hoc 3o consectario dissoluit Ar. 1am 2em
propositã imo illa e solo illius q is etn qdd ipse docuerat 1o de aia cap. 1o si intellus
sit aliquã actionem a corpore separabilem procul dubio erit ipse separabilis cu itaque
intellus hēat actionem separabile ut constat ex 3o consectario intellus erit separabilis
Text (Vacuitatem etc.) Explicat hoc loco Ar. hanc 2em inquiens sensum et intellum
maxime distingui, qr sensus laedit a uehementi obo at intellus n laedit ab illo imo pfi-
cit a maxime uehementi intelligibili cuius rao e qr cu sensus utat instrumto corporeo affecto
patibilibus quibus et omne corpus tabile possit laedi poterit quoque sensus laedi a uehementi
obo; at cu intellus n utat instrumto corporeo n laedet a quo obo imo maxime ab illo
illustrabitur (Cumque etc.) Explicat 3am 2em quo mo s. fiat intellectio inquiens in-
tellum ad intellectionem se habere eo mo quo se het so ad cogem ad id n. ut so cognoscat
et hcat necesse e prius hcat habitu sue p quã consistat in actu 1o; sicque intellus ut
cognoscat necesse e prius hcat spes intellectiles p quas intelligat et sit in actu 1o ad in-
telligendu unde antequã intellus has spes compariet e in pota remota ad intelligendum
illis u comparatis e in pota proxima Text (Omi etc.) In ulta pe cap. Ar. 4a
9es proponit 1a e cum aliud sit res et aliud illius essa ut aliud aqua, et aliud aquae essa
quamuis in simplicibus idem sit utrumque intelligunt ne duo illa ab eodem intellu et facultc
an u sit alia et alia facultas quae utrumque intelligat Rt Ar. rem particularem a sensu
cognosci, universa u essam ab intellu quamuis intellus possit quoque rem universa et singu-
larem intelligere universa 1o et pse singulare u 2ario et p reflexionem sicque fieri pot
ut utrumque intelligat eadem facultas quamuis n eodem mo qr essa et ma iuncta sunt ut
Cymu et nasus atque ita quamuis solus sensus 1o et pse solu singulare cognoscat intelligendo
rem universa, intellus u p reflexione neque rem singularem intelligere poterit Et 2a 9io
cu intellus sit simplex ita e impletibilis ut nulla hcat cu corpore societate ut placuit
Anaxagorae quid fiat ut intelligat cum intelligere sit quodam pati Rt Ar. intellum
ee impatibile passione propria qr n sit comercium cu corpore n in eet impatibilis passione
perficiente nam recipit spes recipere aute spes est pati et pfici Text (Praeterea etc.) 3a 9io
e an mens intelligat se ipsã nam uidet p id n posse fieri nam si se intelligeret aut
ee ut mens e aut alia roe n ut e mens qr ita quidquid intelligeret eet mens neque alia
roe qr ita eet quid compositum (q mens n se intelliget Rt Ar. mente seipsã intelligere
sicut alia oia intelligit neque in sequi ipsam ee compositam ut sunt alia
immatia qr mens e quid simplex at in simplicibus idem e q intelligit

qo intelligit et intelligit qd n e veru in malibus nam illa cu sunt concreta cu qlibus singlibus n possunt ab intellu pati nisi prius ab illis denudet p spem intelligibile productam in intellu intelligat deinde sed cu simplicia n sunt concreta cu qlibus sin-plicibus erunt et sua na intellectilia, et ita idem erit in illis intelligens et qd intelligi unde respectu veru matium intellus patibilis erit veluti tabula rasa in qua nil e de-pictu respectu vo veru intellectilu et immatium n sic se habebit —

Tex. Sed cavet) Ulta qo e cur mens nra n se intelligat Rt Ar. causa ce qi ipse n het spem intellectilem neqz oia sunt actu intelligibilia ut sunt matia sicqz n poterit semper et se et alia intelligere, sed necesse est ut ea quae sunt pota intelligibilia actu fiant intelligibilia p adeptione spem intelligibilium et quibus sequit intellum patibile ostme ita diffiniri fa-culter aia intelligentis separabile sm se amata et aeps. quae oia pot intelligere —

Cap. 5.um de intellu agente

Praeter intellum patibile constituendu ce aliu agentem hac roe conf. Ar. ubi dat aliqua pota passiua l, aliquid se sins ad modu mae necesse e dt aliqua pota ~~passiua~~ actiua quae revocet passiuá de pota ad actu sed constitutum e in cap. superiori ce quanda potam in-telligendi passiua quae e oia fieri g constitui debet aliquis intellus agens qui sit pota actiua et qui sciet oia facere, huius autem intellis agens munus erit efficere ut ea quae sunt pota intelligibilia p illustrationem fantasmatu quae n minus illuminant ab intellu agente qua colores illuminent a sole — Tex. Atqz etc) Unde colligit Ar. intellum agentem quem vocant hoc loco mente separatam sive separabile n ce p mixtione cu corpe, et ce impatibilem qm alter intellus patibilis e quoqz separabilis, et impmixtus e n. sic intellus actus quida et ita poterit ce separabilis etc Tex. Simpl. etc) Proponit discrimen interue-niens inter utrunqz intellum e aute illud qd intellus patibilis se het veluti mia res-pectu agentis agens vo veluti causa efficiens cu ille educat spes intellectiles pati-bilis vo respiciat ipsas et recipere aute est agere recipere vo pati unde colligendum erit intellum agente ce nobiliorem qm agens nobilior e passo

Tex. idem etc) Advertit Ar. scia in habitu n idem valere qd res quas sat sciam vo in actu idem valere quare idem iudicium ferendum erit de re quae scitur et de scia in actu n aut erit idem de re quae sat et de scia in habitu Tex. Separat. etc) In ulta pe cap. colligit 3a consectaria 1um e ut-runque intellum separabilem ce et immortalem 2um separata hac mente nullu ~~intellum~~ relinqui locu memoriae qd intelligi debet de memoria sentiente n de intelligente qr intelligens et superat in mente separata 3um mente quae hic non patiendi aeporie separatam interire ubi noe mentis Ar. ut quidam dicunt intelligit imaginationem quae et recipit spes sensiles l, ut alii melius interpretantur intellit intellum patibilem qui interit n simpr et abso-lute, sed sm quid qr n recipit de novo spes aliquas intellectiles abiptis rebus

rebus et obij et hoc ē qd in recipere, intrinsecus quidā ē quod recipere uocari
potest quidam ortus—

Cap. 6.um de 3.abus actionibus intellus passibilis

Explicata natura utriusque intellus in hoc cap. Ar. disputat de functionibus intellus passibilis quæ sunt simplicium aprehensio compositio et diuisio Tex. Horum etc. Differunt autem duæ hæ operationes quia in simplicium aprehensione nulla reperit falsitas, in compositione uero ad diuisionem reperiunt uerum et falsum quia ueritas et falsitas in rerum compositione et diuisione reperiunt quæ quod Empedocles uolebat fiebant per litem et amicitiam, compositio et ueritas per inimicitiam de uero autem et falso per litem non tamen in tempore præsenti uerū et in quauis illius dria Tex. Cumque etc.) cum meminerit Ar. diuisionis explicat quibus modis aliqua dicant eē indiuisa 1.um inquit illud dr indiuisū qd licet diuidi possit actu tamen non diuidet ut linea et quæuis alia mag.do 2.o illud dr indiuiduum qd quamuis diuidat in suas species actu tamen non diuidet per quantitati 3.o illud dr indiuiduū qd nullo mo. potest diuidi neque actu neque pota. ut — — qd neque actu neque pota. diuidi pot cognoscimus autem illius indiuisionē ex diuisione magnitudinis quod unū contrarium cognoscimus ex altero contrario Tex. Qd autem etc.) Qd si inquit aliquid fuerit qd non pot diuidi sm̄ g.tem illud mens nra momento temporis ā indiuidua intelliget animi sine per cessione id autem præstat non per se, sed per aliud l, per illud qd diuidi pot nam ex diuisione tanquā ex habitu colligi debet diuisio quæ ē priuatio illius et ita indiuisū colligi debet ex diuiso Tex. Est autem etc.) Ex his colligit Ar. enunciationem quæ ē aliquid de aliquo enunciant eē u.am l, falsa quia in illa reperit compositio et diuisio at simplicium aprehensionē non semper eē u.am l, falsam sed interdum quia si intellus informat uera spē rei tam quod sensus circa proprium obium nulla roē pot decipi itaque intellus si u.a et legitima spē rei informet circa illius quidditatem nullo mo. decipiet

Caput 7.mum de intellu practico et speculatiuo

Agit in hoc cap. de intellu practico, et speculatiuo repetit tamen in primis qd in superioribus docuerat sensum moueri nil aliud eē quā per obiū reuocari de pota. in actū; sic autem motus non ē uere et proprie, sed improprie motus cogtē ē actus rei perfecti Tex. ac sensus etc.) explicat duo similid.e dari intellum practicū et speculatiuū, 1.o ē sicut necesse est det sensus qui 1.o rem aprehendat et cognoscat et deinde iudicet dulce aprehensum eē bonū et amarum malum Itaque ~~aprehensū~~ ē necesse detur intellus qui 1.o rem aprehendat deinde qui iudicet qd aprehensū ē esse bonū l, malū et ex consequ amplectendū l, fugiendū unde hi duo intellus non disting. realiter sed erunt unus et idem qui aprehendet dr speculatiuus ut autem iudicat dr practicus unde colligit

colligit Ar. quod sensus sine obiectis neque potest apprehendere neque iudicare, itaque intellectus sine fantasmatibus neque potest apprehendere neque iudicare Tex. est n. etc.) 2a similitudo est quod sensus cognoscit per species a sensibus exterioribus apprehendit obiecta contraria ut album et nigrum, et iudicat per illas, quid nam sit amplectendum et quid fugiendum, itaque intellectus per species a phantasmatibus eductas apprehendit sua obiecta iudicatque per illas quidnam sit amplectendum et quid fugiendum intellectus apprehendens est speculativus iudicansque vero dicitur practicus. Tex. Atque species etc.) 3tius modus ait Ar. intellectus per illas aliquid intelligit vero quia aliquid percipit per sensus exteriores deinde vero quia ex percepto a sensu exteriori deinde iudicat aliquid quod non potest per illum percipi quod ex corpore percipit ignem iubi iudicat deinde datum esse in signum inimicorum quod signum non sensu sed solo intellectu potest apprehendi Tex. Quae vero etc.) Animadvertit Ar. res mathematicas non cognosci ab intellectu ut simum sed ut concavum quia simum cum materia coniungit et apprehendit cum illa, at concavum licet sit unitum cum materia apprehenditur tamen sine illa, et ita res mathematicae licet sint unitae cum materia sensibili apprehenduntur tamen sine illa Tandem inquit Ar. non esse in hoc loco disputandum an intellectus unitus corpori apprehendere possit substantias separatas necne hoc n. alterius est negotij spectat siquidem ad primam philosophiam hoc explicare

Cap. 8um Intellectum esse omnia

Naturam intellectus explicans magis Ar. inquit illum esse omnia quodammodo, quod quidem et confirmat omnia quae sunt vel sunt sensilia vel intelligibilia, sed anima est intelligibilis per intellectum et sensibilia per sensum ergo anima intelligens erit omnia non quidem per essentiam sed per species quibus informatur Tex. Aliqui etc.) Quod autem praedictae formae et species recipiantur in intellectu et illum informent probat Ar. quia ad id ut res intelligamus necesse est, vel res ipsas vel species et formas earum in animo recipiantur at res non possunt recipi ut patet, erunt ergo species et imagines et ita lapis non est in anima sed species illius — Tex. Quoniam etc.) Animad. Ar. res quae in corpore et anima intelligunt coniunctas esse secundum rem cum materia sensibili, sequitur in ipsis simulacris sive phantasmatibus contineri ob quam causam sine sensu intellectus nil potest intelligere quia primus est ut sensus recipiat species ab obiectis et deinde ut deducant illas ad phantasiam et praeterea ut lumine intellectus agentis educant species a phantasmatibus quibus informatus intellectus patibilis possit intelligere — Tex. Visio autem etc.) Docet Ar. imaginationem vel visionem distingui ab affirmatione et negatione quia in his reperitur veritas vel falsitas in imaginatione vero nequaquam unde docet et imaginationem maxime distingui a prima animae notione vel a prima operatione intellectus quamvis prima operatio non possit sine vi imaginandi exercere

Cap. 9um quonam sit in a[nim]alibus principium movendi

Cum in a[nim]alibus perfectis praeter sensum et intellectum detur et motus ad locum postquam egit Ar[istoteles]
de sensu et intellectu in postrema parte lib. disputat de motu ad locum inquirit autem in hoc
cap. quonam sit principium illius in a[nim]alibus num sit tota a[nim]a vel aliqua illius pars et facultas
Tex. hoc 42º etc.) Ut sane rem explicet Ar. proponit quandam divisionem animi Plato 4º lib.
de Repub. ubi dividebat a[nim]am in rationalem quam putabat in cerebro irascibilem quam
constituebat in corde et concupiscibilem quam collocabat in epate: tradit deinde aliam aliorum
divisionem dividentium a[nim]am et illius facultates in capacem et expertem rationis. Quas divisiones reicit
Ar. primam quia vis alendi est facultas a[nim]ae quae tamen non continetur sub illis membris, et deinde
quia imaginatio et voluntas non possunt ad illas divisiones revocari quia voluntas ad solam rationem
spectat cupiditas vero ad partem expertem rationis et imaginatio ad utramque — Tex. 43 et sequentibus etc.)
Explicat iam Ar. suum institutum quonam scilicet sit principium motus ad locum in a[nim]alibus et in
primis in hoc cap. confirmat quae nam excludi debeant a[b] r[ati]one principii motus ad locum igitur principium accre-
tionis, et decretionis non potest esse principium motus ob duas rationes 1a quia motus quilibet fit cum aliqua
voluptate et dolore scilicet cum appetitu alicuius finis at nutritio accretio et decretio fiunt absque
ulla voluptate et dolore 2a quia multa sunt quae accrescunt et decrescunt quae nullo modo possunt
moveri ad locum, ut sunt plantae, et arbores (quibus non est idem principium alendi et movendi ad
locum Praeterea etc.) Neque facultas sentiendi potest dici principium motus ad locum sunt non
